

est ramquam in meo
nos rediens. Hic
que dacti est michi
ut sum minister christi
gentialis. scilicet
Iesum dei. ut fiat
in unum accepta
te. christi scilicet. Deo
tam in ego in domino
Deum . atheni
it. accessit ad
in iohannis dicit
in nos et phari
in manus frequent
in transit non se


lunt. **S**unt unum nomen in
vires novos mittunt. et
ambo dixerunt. **Domine**
Vilate deo omnis terra in
alla. psalmi dicit noi eius. ali
date gloriā laudi eius. alla alla
al. **V**ilate deo qui terribilia
sunt opera tua domine in multitudine
miraculis tuis. **Gloria in excelsis deo**
Deus qui exaltatus est
in vitam possunt redi
re in hac
ostendis. da
quoniam pfectio
illa respice esse

1000

159

In nomine domini Amen
In nomine domini Amen
In nomine domini Amen

In nomine domini Amen
In nomine domini Amen
In nomine domini Amen



Apologie d. H. v. Luther:

Vngeliebliche Briefe v. Luther

102
103
104
105
106
107
108
109
110
111
112
113
114
115
116
117
118
119
120
121
122
123
124
125
126
127
128
129
130
131
132
133
134
135
136
137
138
139
140
141
142
143
144
145
146
147
148
149
150
151
152
153
154
155
156
157
158
159
160
161
162
163
164
165
166
167
168
169
170
171
172
173
174
175
176
177
178
179
180
181
182
183
184
185
186
187
188
189
190
191
192
193
194
195
196
197
198
199
200
201
202
203
204
205
206
207
208
209
210
211
212
213
214
215
216
217
218
219
220
221
222
223
224
225
226
227
228
229
230
231
232
233
234
235
236
237
238
239
240
241
242
243
244
245
246
247
248
249
250
251
252
253
254
255
256
257
258
259
260
261
262
263
264
265
266
267
268
269
270
271
272
273
274
275
276
277
278
279
280
281
282
283
284
285
286
287
288
289
290
291
292
293
294
295
296
297
298
299
300
301
302
303
304
305
306
307
308
309
310
311
312
313
314
315
316
317
318
319
320
321
322
323
324
325
326
327
328
329
330
331
332
333
334
335
336
337
338
339
340
341
342
343
344
345
346
347
348
349
350
351
352
353
354
355
356
357
358
359
360
361
362
363
364
365
366
367
368
369
370
371
372
373
374
375
376
377
378
379
380
381
382
383
384
385
386
387
388
389
390
391
392
393
394
395
396
397
398
399
400
401
402
403
404
405
406
407
408
409
410
411
412
413
414
415
416
417
418
419
420
421
422
423
424
425
426
427
428
429
430
431
432
433
434
435
436
437
438
439
440
441
442
443
444
445
446
447
448
449
450
451
452
453
454
455
456
457
458
459
460
461
462
463
464
465
466
467
468
469
470
471
472
473
474
475
476
477
478
479
480
481
482
483
484
485
486
487
488
489
490
491
492
493
494
495
496
497
498
499
500
501
502
503
504
505
506
507
508
509
510
511
512
513
514
515
516
517
518
519
520
521
522
523
524
525
526
527
528
529
530
531
532
533
534
535
536
537
538
539
540
541
542
543
544
545
546
547
548
549
550
551
552
553
554
555
556
557
558
559
560
561
562
563
564
565
566
567
568
569
570
571
572
573
574
575
576
577
578
579
580
581
582
583
584
585
586
587
588
589
590
591
592
593
594
595
596
597
598
599
600
601
602
603
604
605
606
607
608
609
610
611
612
613
614
615
616
617
618
619
620
621
622
623
624
625
626
627
628
629
630
631
632
633
634
635
636
637
638
639
640
641
642
643
644
645
646
647
648
649
650
651
652
653
654
655
656
657
658
659
660
661
662
663
664
665
666
667
668
669
670
671
672
673
674
675
676
677
678
679
680
681
682
683
684
685
686
687
688
689
690
691
692
693
694
695
696
697
698
699
700
701
702
703
704
705
706
707
708
709
710
711
712
713
714
715
716
717
718
719
720
721
722
723
724
725
726
727
728
729
730
731
732
733
734
735
736
737
738
739
740
741
742
743
744
745
746
747
748
749
750
751
752
753
754
755
756
757
758
759
760
761
762
763
764
765
766
767
768
769
770
771
772
773
774
775
776
777
778
779
780
781
782
783
784
785
786
787
788
789
790
791
792
793
794
795
796
797
798
799
800
801
802
803
804
805
806
807
808
809
810
811
812
813
814
815
816
817
818
819
820
821
822
823
824
825
826
827
828
829
830
831
832
833
834
835
836
837
838
839
840
841
842
843
844
845
846
847
848
849
850
851
852
853
854
855
856
857
858
859
860
861
862
863
864
865
866
867
868
869
870
871
872
873
874
875
876
877
878
879
880
881
882
883
884
885
886
887
888
889
890
891
892
893
894
895
896
897
898
899
900
901
902
903
904
905
906
907
908
909
910
911
912
913
914
915
916
917
918
919
920
921
922
923
924
925
926
927
928
929
930
931
932
933
934
935
936
937
938
939
940
941
942
943
944
945
946
947
948
949
950
951
952
953
954
955
956
957
958
959
960
961
962
963
964
965
966
967
968
969
970
971
972
973
974
975
976
977
978
979
980
981
982
983
984
985
986
987
988
989
990
991
992
993
994
995
996
997
998
999
1000

Handwritten scribble

Fragment of text from the reverse side of the page, including words like "un-", "i", "gr", "war", "g", "Jo", "leb", "di man".



4 23

INSTITVTIONES
APHORISTICAE
LOGICES ARISTOTELIS, ITA
SCRIPTAE, VT ADOLESCENTIBVS

*proponi commodè, eorumque ad Aristotelea percipien-
da acuere ingenium, & memoriam
iuuare possint.*

Et

RERVM MATHEMATICARVM, EA
*breuitate, eoque ordine conscriptae, vt adolescentibus utiliter expla-
nari, ab iisque edisci queant.*

Autore Guilielmo Xylandro.



Flion

No 10

HEIDELBERGAE

Excudebat Iacobus Mylius, impensis Matthæi Harnisch.

ANNO M. D. LXXVII.



ψ 121,



NOBILITATE.

VIRTUTE ET DOCTRINA

VIRO ORNATISSIMO, D. ALBERTO

A STETEN IN BOCKSPERG,

Domino suo plurimum honorando.

ONESIMVS XYLANDER S.

Vetus & scitum est dictum, Omnia bonum aliquod appetere: quoque nobilius quodque sit bonum, eo maiori impetu, naturæ quodam instinctu, ad id consequendum rapi. In bonis porrò humanis nullum præstantius ac sublimius inuenitur rerum cognitione & scientia. Unde omnes naturali quodam eius desiderio & amore, ut Aristoteles in principio Metaphysicorum asserit, tenemur. Quemadmodum verò summus est splendore & maiestas veritatis & scientiæ apprehensionis: ita ipsius comparanda, viæ sunt abditissimæ, infinitisque præclusæ difficultatibus. Quocirca præclarissime de genere humano merentur, qui non tantum res abstrusas magna cum utilitate & admiratione coniunctas, describunt, sed etiam ratione compendiaria, ad docendum apta & perspicua, à caligine & tenebris vindicare conantur. Inter hos non postremum locum obtinere Patrem meum carissimum piæ memoriæ, ipsius lucubrationes satis attestantur. Nam, ut omittam alia ingenij paterni monumenta, posteritati consecrata, & horum tantum, quæ nunc in publicum emittimus, opusculorum mentionem faciam, bonam is partem Organi Aristotelei, operis intricatissimi & intellectu difficilissimi, aphorismis n. adeo multis complexus est, & summa disputationum Aristotelearum capita paucis & dilucidè ita proposuit, ut ijs ad Organi lectionem aditum facile qui vis patefacere, adeoque Commentarij loco uti queat. Quàm item methodicè, quan-

A 2 raq

P R A E F A T I O.

eaq̄, cum dexteritate Aphorismos Cosmographicos, doctrinam de Minutijs, Numeris surdis, Usu globi & Planisphaerij, literis commendavit, iudicium penes candidū & æquum Lectorem esto. Quare horum scriptorum magno studio & cupiditate incensi complures amici, & bonarum artium studiosi, ea à me diu multumq̄, efflagitarunt, utq̄, publici juris facerem, maximoperè rogarunt. Ego quamvis pleraq̄, mutila esse, & manca (quæ patri, si non præmatura morte fuisset abreptus, perficere animus fuerat) nec dum planè recognita, haud ignorarem: tamen cum præcipua eorum pars perfectè esset ab ipso elaborata, & reliqua quoq̄, non parum adiuventi ad studia iuventutis rectius informanda afferre posse videretur, amicorum petitioni satisfaciendum duxi, præsertim cum ipse pater eadem illa opuscula, licet auctiora & locupletiora, aliquando in lucem dare constituerit. Inter chartas autem reliquas reperti sunt Aphorismi hominis, quicumq̄, sit autor, in lectione Aristotelis diligentissimi, plurimūq̄, volutati, primi Topicorum libri σ'ivo ψ'iv per-eleganter comprehendentes, quos, cum dignissimi iudicarentur, qui in studiosorum manus peruenirent, propter materiae & argumenti affinitatem, paternis Aphorismis, ex amicorum consilio, adiungendos curauimus, bona spe freti, non modò non in reprehensionem aliquam nos incururos, sed optimam potiùs hoc nomine apud omnes veræ & solidæ eruditionis amantes, gratiam inituros.

Cæterùm hunc laborem paternum, Nobilissime vir, ad te mittere, tibiq̄, dedicare placuit, propter artificissimum amicitia, quæ tibi cum Patre meo intercessit, vinculum, & ob eximiam tuam virtutem, & eruditionem haud vulgarem, veræ nobilitatis vera ornamenta: quæ tantum tui amorem & admirationem apud me concitarunt, ut animi mei obseruantiam tibi, quibuscumq̄, possem modis, testatam facere, eiusq̄, publicum exstare testimonium cupiuerim. Tum etiam, quòd partem aliquam horum opusculorum priuatim

tibi

PRAEFATIO.

tibi, dum nobiscum Heydelbergæ degeres, Pater interpretatus
fuit, quodq; hisce studijs te mirum in modum oblectari, exploratum
haberem. Spero te pro singulari tua humanitate hoc munusculum,
qualecumq; minimè aspernaturum, sed hilari vultu à nobis susce-
pturum esse: quod vt facias, abs te etiam atq; etiam obnixè
peto. Vale, Heydelbergæ a. d. XIV. Kal.
Mart. Anno M. D. LXXVII.

A 3



MANIBVS XYLANDRI FACIE:
BAT H. VV.

Clauditur hac vrna, quod erat mortale Xylandri:
Pars reliqua est merito, Chrifte, beata tuo.
Qui illud & hanc olim rediens revocabis in vnum,
Magni & supremi tempore concilij:
Ut quae coniuncta in misera pietate fuerunt,
Aeternum pariter gaudia participant.
At iusta est nobis luctus data causa, decore
Et tanti orbatis utilitate viri.
Cui labor intempestiuus nimiusq; videtur
Preproperum fati constituisse diem.
Cui nostra inueniet trunca hoc Academia membro
Non facile ingenio, non facile arte parem.
Summe Pater, da Doctores, caetusq; docendos,
Et quamvis raras, quaeso, tuere Scholas:
Ethnica ne rursus nostris dominetur in oris,
Quae fuit ante decem secula, barbaries.



IN TVMVLVM GVILIEL:
MI XYLANDRI.

O quisquis es, Viator, atra transiens
Hæc busta, Guilhelmum sibi quæ creditum
Debent Xylandrum, siste quæso, & aspice,
Siste ô gradum, incorrupta cana^q hîc Fides,
Nec non Honos, hîc Candor, hîc Integritas,
Hîc mentis humanæ bonum summum jacet,
Et saxa magnum parva contegunt virum,
Cui vix parem dedere Patrum secula,
Et nostra vix parem modò dant secula,
Dabunt^q vix parem nepotum secula.

Quòd non columnas nobiles è marmore
Structas superbo, quòd nec æra vivere
Manu Magistri iussa, nec surgentia
Ad astra Mausolæa cernis, desine
Mirari: honores id genus quærunt sibi
Qui nil relinquunt, quo ferantur Nobiles
An hîc inanem morte capter gloriam,
Cui gloriæ sat veræ erat superstiti?
Non his eget virtus viri ter maxima
Huius, mori vix digni, inanis gloriæ
Auræ^q vulgi nescia. hæc honoribus
Refulget ingenî arte partis ardua,
Morti hæc, rogis^q hunc eripit silentibus,
Extincto vt ipse posthumus viuat sibi.
Quin & sacro ordini additus jam cælitum
Cælos^q terras^q & superstites sibi
Devinxit omnes vnus ille Creditor.


Cælos

EPICEDIA.

*Celo reponens spiritum, corpus putri
Terra locavit: dia mentis munera,
Abstrusa pandunt quæ artium mysteria,
Nobis dedit, deditq, seris posteris.*

*Tantum virum, talem virum saxa hæc tegunt.
Ergo, viator, vile bustum desine
Mirari: humo pignus repostum nobile
Mirare, sortis & tuæ memor vale.*

Pasch. Brismannus.



APHORISMI LOGICI.
P R A E D I C A B I L I A.

IN RATIONE DISSERENDI, PRAE-
dicari dicitur id, quod de altero dicitur, siue
alteri attribuitur: ut, Arcturus est stella, aurum
est metallum, homo est ratione praeditus, magnes sua-
pte natura trahit ferrum, olor est albus. In his, stella, me-
tallum, ratione praeditum esse, ferrum vi quadam natu-
ra trahere, album esse, praedicari dicuntur: Ea, de qui-
bus dicuntur, subiici.

Cæterum priusquam de ueritate vel falsitate
enuntiatorum huiusmodi, iudicium fiat, simplicium
vocalorum conditio considerari utiliter potest, qua-
tenus unum de altero praedicatur.

Simplicia vocabula dico, quæ sine ueri, aut fal-
si mentione intelliguntur, ut Arcturus, ut stella, ut sua
vi ferrum trahere, ut esse peregrino amore captum &c.

Proinde simplicium vocabulorum alia sunt
praedicabilia, alia praedicari de altero non possunt.

Praedicari non possunt, ea quæ singulare ali-
quid, & quod communicari cum alijs nequeat, signifi-
cant, ut Arcturus, Cyllarus, hic homo, hæc creta, hic ca-
pillus, iustitia Aristidis, & similia.

Hæc, quia infimum locum obtinent, neque ipsa
de alijs, multa de ipsis dici seu praedicari possunt, Indi-
uidua, à Geometris translato vocabulo, & Singularia
nominantur.

Quæ praedicantur, ea vel cum, quid sit res, vel
cum, qualis sit, queritur, ei attribuuntur.

Quinque praedicabilia, (quas & voces, & uniuersa

A

alia

APHORISMI

alia vocant, respectu indiuiduorum.) sunt, species, genus, differentia, proprium, accidens.

- IX. Species propriè ita dicta, est, quæ de multis, numero tantùm à se inuicem distinctis, dicitur, cùm quid res sit, queritur.
- X. Indiuidua sunt, quæ numero tantùm differunt, non etiam specie aut genere.
- XI. Stella species est, cùm queritur, quid est Arcturus, quid Palilicium, quid Protrygetes, de singulis respondetur, esse stellam. Ita capillus speciei nomen est. quot quot enim in capite (verbi causa) capillos geris, de ijs singulis, cùm quid sit, queritur, capillum esse respondetur.
- XII. Indiuidua ergo sunt, quæ numero differunt inter se, eiusdem alioqui naturæ. vt Socrates, Plato, Aristoteles, Xenophon, &c. quiuis horum homo, neq; tamen Plato idem est homo, qui Socrates.
- XIII. Quoduis enim indiuiduum certas quasdam habet proprietates, quæ simul omnes in alio, quanquam sub eadem specie contineatur, esse non possunt. Sic quæuis gutta aquæ ab alia numero differt, dum velloco, vel ordine, vel quantitate, vel quouis modo ab ea distinguitur. Sic & ouum ab ouo. & cùm omnes stelle specie sint vnum, numero inter se omnes differunt: neque hæc illa est.
- XIV. Specie vnū seu idem sunt indiuidua, quibus, cùm quid sint, queritur, eadem species attribuitur. vt de quauis vrtica respondetur, esse vrticam: de Roma, Tibure, Capua, Anxure &c. esse urbem. Vrtica ergo, & vrbs species

cies sunt. Ac talis species, quia proximè ab indiuiduis abest, propriè species, ac ima species appellatur.

De hac genus dicitur, cùm quid sit, quæritur: vt XV. cùm quæritur, quid sit aurum, respondemus metallum: quid homo, animal: quid iustitia, virtus &c.

Est autem Genus, quod de pluribus specie inter se XVI. distinctis dicitur, cùm quid sit, quæritur.

Specie differunt eæ species, quæ cùm conueniant XVII. in communi appellatione, qua, quid sint, exprimitur: natura tamen sua differunt ita, ut prorsus idem non sint: eedemque genere idem esse eadem de causa dicuntur. ita & homo animal est, & leo, & equus, & aquila, & balena, animalia sunt, interim tamen homo & leo idem non sunt, equusque aliud animal, aliud animal aquila esse intelligitur.

Sicut autem Indiuidua infimum locum obtinent XVIII. ita & certa quædam summa seu suprema sunt genera, vltra quæ ascendere, cùm quid sit, quæritur, tam non potest, quàm infra indiuiduum descendere non datur.

Hæc summa genera, decem prædicamenta vocantur XIX. de quibus sequens sectio tractat.

Quæ inter summum genus & imam speciem in XX. teriacent, respectu superiorum species, respectu inferiorum genera habentur, ideóque species subalterne, & genera subalterna dicuntur. vt animal respectu hominis, genus: respectu corporis, species intelligitur.

APHORISMI
EXEMPLVM.

B Substantia.	B Quantitas.	B Qualitas.
<ul style="list-style-type: none"> ⊂ Corpus. ⊂ Mixtum corpus. ⊂ Perfec̄te mixtum corpus. ⊂ Animatum corpus. ⊂ Animal siue animatum senciens. γ Homo. α Aristoteles. 	<ul style="list-style-type: none"> ⊂ Multitudo ⊂ Numerus γ Ternarius α Hic ternarius α Individuum. β Summum genus. γ Ima species ⊂ Subalterna genera & subalternae species. 	<ul style="list-style-type: none"> ⊂ Habitus ⊂ Habitus animi. ⊂ Habitus volun- tatis. γ Iustitia α Iustitia Aris- tis.

XXI. Differentia non quid, sed quale sit subiectum, explicat. Est autem differentia, qua species à specie sub eodem genere distinguitur, uel, quæ generi addita, speciem certam & ab alijs distinctam constituit; quomodo ab alijs animalibus homo hoc differt, quòd est ratione præditus, & homo definitur animal ratione præditum. differentia ergo est, ratione esse præditum.

XXII. Proinde qualitatem differentia designat, sed non aliunde aduenientem rei, verùm quæ ipsius rei pars sit.

XXIII. Quemadmodum opifex, verbi gratia figulus, ex eadem materia, inductis in argillæ massam diuersis, trullæ, ollæ, lebetis, gutturnij, matulæ formis, res diuersas effingit, eiusdem tamen materiæ: ita differentiæ diuersas sub eodem genere species constituunt, genere easdem, sed specie diuersas.

XXIV. Vt quæ trulla, non argilla modò, sed & ob formam trulla est, eoque ab olla, quæ & ipsa argilla est, differt: ita homo

homo non animal modò, sed ob rationis participationem homo est, eoque ab equo & leone, quæ ipsa quoque animalia sunt, differt.

Enimvero huiusmodi differentiarum summa est **XXV.** penuria: itaq; eius in locum in definitione speciei, proprium, sepè etiam accidentia succedunt.

Proprium est, quod de sola aliqua specie, & omni **XXVI.** eius indiuiduis dicitur, sempèrque ei conuenit. Significat autem vim quandam naturalem seu facultatem, & conuersim de subiecto dicitur.

Verbi gratia, Magnetis proprium est, ferrum ad se **XXVII.** trahere: hominis, ridere posse. Itaque & hoc, si magnes est, ferrum trahit: & vicissim, si ferrum trahit, magnes est. Si ridet, homo est: si homo est, ridendi facultatem habet.

Accidens intelligitur, quod cum neque genus, **XXVIII.** neque species sit, neque differentia, neque proprium, tamen rei inest, vel adest: vel, quod citra subiecti interitum ei uel adest, uel ab eo abest. ita calor aquæ, nigredo corui est accidens.

Tametsi enim quædam accidentia vix vnquam, **XXIX.** aut ne vix quidem à subiecto separantur, vt à coruo nigredo, à niue albedo, quia tamen etiam alijs rebus eadem accidunt, neque conuersim dicuntur (non enim quidquid nigrum sit, coruus est: neque omne album, nix) à proprio facilè distinguuntur.

Porro quæ communia inter se, quæ diuersa sint **XXX.** prædicabilibus, ex eorum descriptionibus animaduertere in promptu est.


APHORISMI CATEGORIAE.

SECTIO PRIMA.


- I. Simplicia vocabula, quæ pluribus attribuuntur, vel ambiguè, vel eadem ratione de multis dicuntur.
- II. Quædam ut ipsa de alijs non dicantur, alia tamen ab ipsis formantur vocabula, quæ attribui possint. quomodo non eloquentia, sed eloquens Demosthenes dicitur.
- III.

Quicquid est, id in subiecto, aut	}	est, & de subiecto	}	dicitur. Accidentia καθόλου.
		non est, & de subiecto	}	non dicitur. Accidentia καθέ- καστα.
			}	dicitur. Substantia καθόλου.
			}	non dicitur. Substantia καθέ- καστα.
- III. In subiecto esse id dicitur, quod cum rei alicui insit, non est pars eius, & omnino esse, nisi in aliqua re nequit. Hoc modo subiectum, substantiam: esse in subiecto, accidens denotat.
- V. Quidquid ei, quod alteri, ut subiecto, attribuitur, attribui potest: id ipsum quoque de subiecto eo dicetur.
- VI. Sicut summa genera diuersa sunt, ita diuersis ea quoque differentijs in suas species, itemque hæc in alias, ad indiuidua usque, diuiduntur.
- VII. Sunt autem summa genera, quæ & prædicamenta appellantur, decem: in quæ tanquam in classes certis à se inuicem distinctas limitibus atque notis, omnia rerum vocabula distribuuntur, ac suo singula loco & ordine censentur.

Omnis



SECTIO SECVNDA.



A T H O R I S M I

- I. Substantia alia prima est, alia secunda.
- II. Prima vocatur, quæ neque de subiecto vlllo dicitur, neque in subiecto est, vt hic homo, hic equus, Xenophon, Cyllarus, Palilicium, Byzantium.
- III. Primæ cum alias ob causas, tum ob id maximè appellantur, quòd reliquis omnibus subijciuntur, omniaque cætera vel insunt ipsis, vel ipsis attribuuntur, adeoque ipsæ nisi sint, reliquorum nihil esse potest.
 Secundæ substantiæ, formæ sunt siue species, in
- IV. quibus primæ illæ substantiæ, utpote indiuidua, includuntur: ut homo, equus, stella, vrbs. nec non horum genera, idque ascendendo vsque ad summum genus. vt animal, corpus &c.
- V. Quam rationem primæ substantiæ obtinent respectu reliquorum, ea est speciei ad genus.
- VI. Substantiæ per differentias in genera & species, vsque ad imas formas, diductio ex naturæ philosophia petenda est.
- VII. Propria substantiæ nota est, quòd, quidquid hoc prædicamento continetur, id vnum numero idemque manens, mutationibus tamen, quæ ipsi accidunt, contraria inuicem sibi, in ipso, ut subiecto, succedentia in se recipit.

II. Q V A N T I T A S.

I Quantitas alia est	{	Continua	Linea Superficies Locus Corpus.	horum partes habent $\theta\acute{\epsilon}\sigma\iota\nu$.	
		cuius species	Tempus.	Horum partes carent $\theta\acute{\epsilon}\sigma\epsilon\varsigma$, habent $\tau\acute{\alpha}\xi\iota\nu$.	
		Diuisa	Numerus Oratio		
					Eorum

Eorum, quæ ad hoc genus pertinent, proprium est, II.
quòd cum vel magnitudinem, vel multitudinem signi-
ficent, ex ipsis æqualium aut inæqualium rerum æsti-
matio sumitur.

III. RELATIVA.

Relatiua sunt, vt antiqui definiebant, quæ id ipsum, I.
quod sunt, aliorum esse dicuntur.

Atque hoc, siue eodem vocabulo & casu, siue diuer- II.
sis, dum modò hoc obseruetur, vt respectus sit inter
ipsa, & non alia, quàm quæ proponuntur, vocabula.

Sic amicus amici dicitur amicus, pater filij pater, III.
emptor à venditore emere, venditor emptori vendere.
Album & nigrum, relatiua non sunt, quia album nigri
album, aut cōtrà, non dicitur: alio autem vocabulo vt
oportet, vt respectus eorum aliquis intelligatur. Con-
trarium enim cōtrarij est contrarium, atque sic album
nigri contrarium dicitur.

Quædam relatiua inter se sunt cōtraria, vt magnum, IIII.
paruum: graue, leue: quædam non. duplo enim, aut tri-
plo, aut patri, aut capiti, nihil verè est contrarium.

Item, quædam relatiua magis aut minus id esse di- V.
cuntur, quod dicuntur. nam alia aliis collata, magis mi-
uúsve similia, vel dissimilia dicuntur: alius tamen alio
magis minúsve pater, filius, aut aliud alio magis mi-
núsve duplum, non dici potest.

Proprium est relatiuorum, quòd vicissim vnum eo- VI.
rum alteri tribuitur, iis, quæ expositæ sunt secundo &
tertio articulo, conditionibus.

Quod vt fieri possit, semper ad id respiciendum est, VII.

APHORISMI.

quod vnicum quauis in refacit relationem, etiam cæteris sublatis: ac quo sublato, etiam relatio intercidat. Ideoque præstat re poscente vocabula fingere, quàm relatiuo verè respondens correlatiuum, & quod reciprocare possit, non adsignare.

VIII. Verbi gratia, inter Abrahamum & Isaacum id solum facit relationem, quòd alter pater, alter filius fuit: quòd homo, quòd diues, quòd pius, quòd à Semo genus duxit, quòd peregrinus fuit, cæteraque alia omnia nihil ad relationem hanc faciunt: & negato Abrahamum patrem fuisse, aut Isaacum filium, reliqua omnia relationem istam tueri nequeunt. Sic seruus nō hominis, philosophi, egroti, pumilionis, sed domini seruus rectè dicitur. Et instrumentum non (exempli causa) fabri aut futoris, sed (vt sic loquar) instructi seu vtentis instrumentum, isque instructus instrumento dicitur. nam priora vicissim dici non congruit.

IX. Ex hoc consequitur, relatiua duo, quæ inter se comparantur, simul esse naturâ, vt vno posito, alterum quoque esse oporteat, vnòq; sublato, alterum simul aboleatur. Non enim maritus esse potest, nisi & vxore eius sit: & alterutro percunte, alterum relatiuo nomine pristino excidit.

X. Definitio antiquorum eo vitio laborat, quòd & in vniuersum omnia accidentia (nam certè substantiarū ea dicuntur) & ipsas etiam substantiarū partes (dicuntur enim totorum suorum) includit. Quòd si partes substantiarum sint accidentia, absurda sequi necesse est.

XI. Itaque rectiùs Aristoteles definit, Ea demum relatiua

ua

ta dici, quorum in eo consistit natura, quòd ad aliud referuntur, hoc est, quæ neque esse, neque intelligi possunt, nisi ratione alterius. Talibus ea, quæ relatiuorum verè esse propria docuimus, conueniunt.

Nam capitis (verbi gratia) substantia & natura consi- XII.
derari potest sine hominis consideratione: neq; ad hominis definitionem mētio capitis adhibetur. quod idē de virtute, de colore, de statura & aliis accidentibus intelligi uolo, quæ neque subiecto suo, neq; subiecta ipsis definiuntur. Pater autem quid sit, nisi liberis simul consideratis, aut seruus sine domini ratione, ac vicissim, nec cogitari quidem conceditur.

* IV. QUALITAS.

Hoc prædicamentum Aristoteles in quatuor genera I.
distribuit. quorum primum qualitates eas continet, quas cum earum facultatem natura suppeditauerit, institutio, ad sue factio, & usus parant, siue in animis, siue in corporibus animæ obtemperantibus.

Eæ, si confirmatæ atque fixæ sint, ita vt facilè amitti vel eximi non possint, Habitus: sin minùs adhuc firmæ, II.
sed facilè mutabiles & inchoatæ sint, Affectiones, rudimenta (dispositiones vulgò) dicuntur. neq; sine his habitus fieri potest, tametsi non semper eas subsequatur.

APHORISMI

I. **Habitus, qualitatē significans constanter inherentem subiecto, & haud facile mutabilē. Est autem**

In anima, isque

Volūtatis, virtus moralis.

Prudentia
Iustitia
Temperantia
Fortitudo.

& quæ sub his comprehenduntur. Itemque harum contraria vitia.

Intellectus, vt

Artes ingenue.
Scientiæ.

In corpore, vt ars natandi, pingendi, saltandi, iaculandi. Item temperamenta corporum, & morbi inueterati atque incurabiles, lepra, febris hectica, podagra, comitialis.

His accenseri possunt etiam sensiles qualitates, ratione subiecti, cui constanter insunt, vt nigredo panni, viros herbarum.

Hæc pertinent etiam affectiones, hoc est, inchoati habitus, & qui radices nondum egerunt, suntque mutationi obnoxij, vt morbi in corpore plerique & symptomata, sanitas. In anima eruditio, profectus ad virtutem, mores, eruditio, vitia vsu non confirmata.

Qualitates Aristoteles in quatuor classes digessit. Eæ sunt.

II. **Naturalis facultas seu vis, vt ingenium, facultas natandi, discendi litteras, & alia affectionum primordia, esse valetudinarium, proclium ad vitium aliquod. Eodem imbecillitas seu ineptitudo naturalis pertinet, absentium esse, casei esum auersari, hebeti ingenio esse, non posse discere volare. Huc referuntur naturales rerum proprietates, vt uis purgandi in agarico, trahendi ferri in magnete, remora, torpedinis, succini. Item leue, graue.**

III. **Qualitates.**

Afficientes sensum scilicet externum

Colores.
Soni.
Sapores.
Odores.

Subite, vt

Pallor è metu.
Rubor à verecundia.
Calor ex æstu solis, frigus è gelu conceptum.
Et motus animi nõ in affectione propagati, spes, metus, odium, voluptas, dolor, ira, &c. verecundia, pudor,

Tactiles qualitates, calidum, humidum, durum, asperum, &c.

IV. **Quatenus ad spectantur,**

Forma naturalis: hominis, auri, brassicæ, testudinis.
artificiosa: mensæ, subuculæ, annuli, clauis, clauis.
Figura, sine quantitate considerata, vt esse teres, rotundum, triangulum, oblongum.

Secundum genus est qualitarum, ob quas naturali III.
ad aliquid facultate prædita aut destituta res dicitur: vt
cùm ingenio aliquis bono dicitur & litteraturæ capaci,
aut ad ferendum æstum naturâ ineptus.

Tertium est earum qualitarum, quæ sensus externos III.
afficiunt atque mouent. Afficientes non ineptè dixe-
ris: cum vulgo passibiles. His accensentur etiam subitæ
qualitates, & affectus etiam seu motus animorum non
perdurantes, à quibus, tametsi qualitates sint, non de-
nominantur tamen res affectæ.

Quartum genus figuræ & formæ obtinent rerum, V:
non quatenus earum quantitatem continent, sed pro
eo, atque sub sensum cadunt, in superficie rerum hæ-
rentes.

Deniq; omnia, quæ sine relatione seu respectu con- VI.
siderantur, accidentia, si ad quantitatem non pertine-
ant, huc referuntur.

Ex hac enim classe vocabula, quocunque id vsus lin- VII.
guæ modo permittit, deriuantur, quibus, quales sint res,
& quarum vel similes vel dissimiles, explicatur. Propri- III
etq; est qualitati similitudinis ac dissimilitudinis ratio.

VI. RELIQUA PRÆ- DICAMENTA.

REliqua sex prædicamenta ex quatuor his composi- IIII
tione quadam propagantur. Agere enim substantiæ
dicuntur, quando facultates & qualitates suas exercent:
vt cùm homo ambulat, scribit, loquitur. Pati, hoc est, af-
fici, quando qualitate agētis substantiæ afficiuntur. Ita

APHORISMI.

Sola aërem calefacit, & aër à Sole calefit: motu inter duas substantias interueniente. Sol agere, pati aër dicitur. Cùm res ad locum suum refertur, Vbi prædicamentum nascitur, vt cùm dicimus, domi esse Chremetem, Solem in leone, in cista pecuniam. Quando, cùm ad certum tempus. vt hodie ortum cum canicula Solem: cras venturum principem. Situs, corporis respectu partium suarum collocationem notat, quæ alia stantis, alia sedentis est, aut decumbentis. Habitus corporis ad ea, quæ ei circūdantur, aut appenduntur, respectum significat, vt cùm caligatus, loricatus, paludatus, torquatus aliquis dicitur. Propria horum pendent ex iis, ex quibus sumuntur, prædicamentis.

SECTIO TERTIA, sive Postprædicamenta.

- I. Quando voces aliarum respectu considerantur, iis opponuntur siue cōparantur, aut vt correlatiuæ, aut vt contrariæ, aut vt priuatio & habitus.
- II. Est & ratio opponendi verum falso quarta, sed orationum ea est, non simplicium vocum.
- III. Relatiuè oppositorum propria hæc est nota, quòd id ipsum, quod sunt, eorum & sunt & dicuntur mutuò esse, ad quæ referuntur. nam semissis dupli est ac dicitur semissis, vicissimque duplum, nō nisi semissis est duplū, & locator non nisi conductori locat, neque nisi à locatore conductor conducit.
- III. Contraria sunt, quæ sub eodem genere comprehensa longissimè à se inuicem distant, vt in coloribus albus & niger, in saporibus dulce amarum, in tactilibus frigidum & calidum, in habitibus animi virtus & vitium.
- V. Hæc nō id ipsum, quod sunt, sed cōtraria sunt dicunturque

tusque eorum, quibus opponuntur. non enim album nigri album est, sed nigri contrarium.

Cæterum contraria quædam nullum admittunt VI. medium, sed semper alterutrum eorum in subiecto idoneo reperitur. ut vel morbus vel sanitas in animali, (quo modo omnis linea aut recta est, aut curua) graue leue: mobile immobile: finitum, infinitum.

Alia medio intercipiuntur: non enim quidquid coloratum est, statim aut album esse aut nigrum oportet: cum possit pullum, vel viride, vel flauum esse, vel cæruleum &c. & inter calidum ac frigidum est tepidi gradus. neque quis homo aut temperans est, aut intemperans: cum sint in medio neutri.

Priuatio significat habitus cuiusdam seu functionis VIII. à subiecto idoneo absentiam, quo tempore secundum naturam is adesse debuit. Ut si homo annos natus quinque; vsu sermonis destituatur, aut catulus canis exacto cæcitatibus tempore cæcus maneat.

Ne hæc quidem id quod sunt, eorum sunt, quibus IX. opponuntur. non enim cæcitas visus cæcitas, aut visus cæcitatibus visus dicitur: est tamen priuatio habitus priuatio, & habitus priuationi opponitur.

Ac ne contraria quidem sunt, mutum esse (verbi gratia) & fandi vsu habere. Quod enim ea est natura, ut suo tempore loquatur, id tempore eo cõpleto, omnino aut mutum dicitur, aut fabitur: at qui mediata contraria ambo à subiecto possunt abesse. Quam enim multa sunt sapida, quæ nunquam neque dulcescent, neque amara fient? Rursumque infans mutus dici nequit, & tamen loquela caret: immediatorum autem contrariorum necesse est semper alterutrum in subiecto eorum

APHORISMI.

eorum capace inueniri. Denique ex albo nigrum, ex sano ægrotum fieri perfacile potest, ac vicissim: qui videt, cæcus fieri potest: cæcus visum amissum, aut edentulus dentes recuperare nequit. Et contraria vnus aliquando sunt plura: priuatio vni habitui vna duntaxat opponitur.

XI. Eiusdem rei affirmatio & negatio ita opponuntur, vt veram alteram esse, alteram falsam semper omnino sit opus, simul ambæ veræ, aut falsæ esse nunquam possint.

XII. Negationem autem negatiua particula constare oportet, non contrario aut priuante vocabulo. Sic semper aut sanus est, aut sanus non est Socrates, etiam postquam desit esse in viuis, aut antequam cæpit. Socratem sanum esse aut ægrotum, neutrum verè dixeris, ipso nondum nato, aut iam abolito. Huiusmodi orationes inter se comparatæ, vna alterius contradictoria vulgò dicuntur. de quibus suo loco plura.

PRIUS.

I. PRIUS vnum altero dicitur, quinque modis. 1. Tempore, vt Thebanum bellum Troiano, Numa Pompilius Pythagora, ver autumno. 2. Natura, id quod altero posito, ipsum quoque existere oportet: ipso autem posito, alterum nulla necessitas cogit comitari. sic vita sensu & intelligentia prior est, triangulus sexangulo, binarius denario, genus specie. 3. Ordine: Genesis Exodo, initium confirmatione, aries cancro, principia demonstrationibus. 4. Præstantia: theologus iurisperito, pater amico, virtus honore, opibus sanitas. 5. Causa effectui, vt flamma fumo, ignis tonitru, ortus Solis die, rei veritas orationis veritate.

SI-

Simul dicuntur res esse 1. tempore, vt Virgilius, Horatius, Mecoenas, Augustus, messis & Caniculares dies. 2. Natura, quorum vno posito, alterum quoque ponitur vicissim, neque tamen alterum alterius est efficiens. sic duplum & semissis sunt simul, pater & filius. 3. species, quæ in diuisione generis iuxta emergunt: vt primus & compositus numero diuiso, herba, frutex, arbor, in plantæ diuisione.

M O T V S.

Logicè sex motus genera intelliguntur. Ortus, Interitus, Incrementum, decrementum, qualitatis mutatio, latio à loco ad locum,

H A B E R E.


Vocabulum hoc ambiguū est. 1. qualitates habentur, vnde habitibus præcipuè nomen. 2. quantitatem suam res quæq; dicitur habere. 3. habitus dicitur, quod corpori circundatur, vt vestis, penula, 4. quod parti eius alicui, vt pileus capiti, annulus digito. 5. partes habere totum dicitur, vt corpus, manus, pedes, caput. 6. yasa habere id dicuntur, quod continent, vt testa vinum, saccus siliginem, vtres oleum. 7. habere dicimur, quæ possidemus, vt vineam, fundum, piscinam. 8. vir habere dicitur vxorem, quem modum Aristoteles alienissimum dicit.

Finis Isagoges in Categorias.

C

APHORISMI
COMPENDIARIA INSTI-
TUTIO LIBRI ARISTOTELIS DE
interpretatione.

SECTIO I.

- I.  Vemadmodum animo concipimus aut simp-
plicem rei notitiam, aut talem, quæ veri iam
vel falsi cogitationem secum trahat: ita vox
quoq;, animi interpres, aut simplex est, sine vlla vel veri,
vel falsi ratione, aut compositione accedente verum fal-
sumue significat; quod est orationis.
- II. Simplex vox aut nomen est, aut verbum. Nomen lo-
gicus definit vocem instituto hominum significantem
aliquid, quod sine temporis mentione intelligatur: ac
cuius vocis partes seorsim nihil significant respectu in-
tegræ nimirum vocis. Verbum quoque talis omnino
vox est, sed semper & sua in significatione tempus con-
tinet, & nota est eorum, quæ alteri attribuuntur.
- III. Nomen recto casu, verbum indicatiuo potissimum
modo, & tempore præsentis intelligitur. reliqua casus
nominis & verbi dicuntur. Non homo, non loqui, infi-
nita sunt, alterum nomen, alterum verbum.
- IV. Reliqua vocabula vel ad nomen verbumuè perti-
nent, si à logico vsurpentur, vel in horum compositione
& oratione cõficienda adhibentur, vt omnis, quidam,
non.
- V. Oratio vox est instituto hominum ita significans, vt
partes eius quoque seorsim significant, citra tamen ea-
rum affirmationem aut negationem.
- VI. Orationem eam tantum vsurpat logicus, in qua ve-
ritas aut falsitas inest. Enunciatio, & effatum, & enun-
ciatum

ciatum, & pronunciatum dicitur. vt, cælum mouetur,
Stellæ ardent.

○ Ea in affirmationem & negationem diuiditur. Illa VII.
aliquid cuiusdam attribuit, hæc aliquid cuiusdam con-
uenire negat. prioris exemplū, Anima est Spiritus: po-
sterioris, Anima non est Spiritus. Et contradictionem
affirmatio ac negatio verè pugnantibus constituunt.

○ Notum est, id, cui aliquid tribuitur, vel tribui nega- VIII.
tur, subiectum: id, quod tribuitur aut adimitur, prædi-
catum appellari.

SECTIO II.

Subiectum, aut vniuersalis est vox, vt homo, stella: I.
aut indiuiduum, vt Thrasymachus, Arcturus.

Signum quantitatis, vt omnis, nullus, quidam, & alia II.
id genus, additur subiecto, vt intelligi possit, vtrum vni-
uerso subiecto prædicatum, an verò quibusdam tan-
tū sub eo comprehensis accommodetur.

Vbi vniuersale καθόλου ὡς μὴ καθόλου subiectum signo III.
destituitur, enunciatio indefinita est, & ferè dubia.

Cū cuius affirmanti effato, aliud, quo idem nege- IIII.
tur, opponi possit: apparet enunciatorum esse propter
subiecti variam designationem, diuersas oppositiones.

Contrariæ enunciationes sunt, cū subiecto vni- V.
uersali vtrinque vniuersè sumto, altera ait, altera negat.
Vt, omnis voluptas nocet. nulla voluptas nocet. Hæ si-
mul falsæ esse possunt, veræ simul esse non possunt.

His subsunt, quas subcontrarias vocamus, cū sub VI.
iectum vniuersale non vniuersè sumitur, sed partim. vt,
Quædam voluptas nocet, Quædam voluptas non no-
cet. Hæ simul veræ possunt esse aliquando.

APHORISMI

- VII. Contradictoriae sunt, vel cum altera negat id attribui debere vniuerso subiecto, quod ei altera attribuit, (aut vice versa, quod partim adesse vniuersali subiecto altera ait, id à toto eo altera remouet) vel cum singulari seu indiuiduo subiecto altera id adimit, quod altera tribuit. Prioris exemplum: Omnis voluptas nocet, Non omnis voluptas nocet: vel (idem enim intelligitur) Quaedam voluptas non nocet. Item, Quaedam voluptas nocet, Nulla voluptas nocet. Posterioris: Arcturus scintillat, Arcturus non scintillat.
- VIII. In omni enunciatorum oppositione ambiguitas omnis, & quæ alia ad fallendum apta sunt, vitentur. Ita cuius enunciato sua, quæ non nisi vna esse potest, contradictoria enunciatio facile inuenietur.
- IX. Contradictionis (ita voco duarum contradictoriarum enunciationum complexionem) necesse est semper alteram partem veram esse, alteram falsam. Simul vtraque vera, aut simul vtraque falsa esse nullo modo potest.
- X. Id nihil habet dubitationis, vbi subiecto necessario aliquid, vel præteritum tribuitur ab altera parte.
- XI. Cum autem subiecto id tribuitur, quod futurum sit, neque tamen necessario sit euenturum: coniunctim, non diuisim pronuciari potest, alterum verum, alterum falsum esse. Sed in præsentia quidem neutrum seorsim: nisi quod alterum (id nempe quod eueniet,) iam tum quoque, etsi nos lateat, altero verius sit.
- XII. Alioquin hac cautione neglecta, efficeretur, omnia fieri necessario. quod absurdum esse philosophia quoque demonstrat.

Est

Est ergo alia ratio pronuntiandi de ijs, quæ iam XIII. vel sunt, vel necessariò erunt: quàm de his, quæ fieri ita possunt, vt etiam non possint.

Scitum est, & tenendum Aristotelis hoc loco ef. XIII. fatum: veritatem orationum à natura rerum, de quibus ea sit, pendere.

SECTIO III.

Particula NON, si prædicato addatur, id de sub- I. iecto remouet, enunciationemque negatiuam constituit.

Fieri potest, ut eadem particula subiecto adda- II. tur, ac tunc nomen infinitum reddit.

Verbum substantiuum aliquando ipsum per se III. prædicati locum obtinet: vt, Antipodes sunt, Pygmæi non sunt.

Aliàs quasi copula quedam subiecto prædicatum IIII. adiungit. Vt, Alexander est fortis, Apollonius non fuit Rhodius. Est tertio loco positum, vel (vt vulgò) Est tertij adiecti nominatur.

Hæc discrimina consideranda sunt, ne in opponen- V. dis enunciationibus allucinemur: vt cum dicitur, Non felices sunt auari, obseruanda est traiectionis subiecti: Ita enim debuit efferri: Auari non sunt felices. Ergo huic repugnet hæc, Auari sunt felices: non hæc, Non felices sunt non auari.

Item Est tertij adiecti aliquando prædicatum, quod VI. infinito nomine constat, subiecto attribuit: Vt Moloch fuit non Deus: Materia est non τὸ δέ τι. Sed hæc sunt certarum doctrinarum propria.

Id quoque videndum, quæ attributa coniungi VII.

APHORISMI

- possint, subiecto que uni simul attribui: quæ non possint, quòd hæc, cum vnã nõ possint efficere enunciati-
onem, Dialecticus à differendi ratione meritò arceat.
- VIII. Coniungi non possunt attributa diuersa, quæ & eidem subiecto accidunt ipsa, & alterum de altero non nisi per accidens dicitur. Fuit enim Sallustius & historicus, & malus, & tamen non sequitur, fuisse cum historicum malum.
- IX. Id quod cum additione subiecto attribuitur, ipsum quoque sine ea rectè eidem attribuetur, modò ne quid repugnans designet additio: quale est, cum quis ineptus grammaticus, aut homo mortuus dicitur. nõ enim ob id rectè homo quoque, aut grammaticus dicitur.
- X. Neque sanè verbum substantiuum, cum est tertio loco appositum, ipsum quoque per se subiecto tribui necesse est, cui per accidens antè, & vt copula, erat adiectum.

SECTIO IIII.

- I. Interdum prædicatum subiecto certo modo & conditione attribuitur: vt, Elementa possunt permutari: Diameter non potest certa proportione costæ congruere: Contingit fumos in aëre accendi: Necesse est orta interire.
- II. Ratio loquendi modum, qui tantum subiecti aut prædicati rationē explicat, ita ei, cui inseruiat, parti annectit, vt is vnū aliquid cum ea cõstituere intelligatur: Vt, Iniusti principes perpetuò sibi metuunt: iniusti, pars est subiecti: perpetuò, prædicati: totum subiectum, iniusti principes: totum prædicatum, perpetuò sibi timent.

Hæc

Hæc obseruatio prodest in enunciatorum con- III.
tradictione vera explicanda.

Est que apprimè necessaria in ijs modis, qui posse IIII.
aliquid, aut omnino non posse, item contingenter aut
necessariò fieri ostendunt: qui vulgò his vocabulis no-
tantur, Possibile, Impossibile, Contingens, Necessè: vt,
Possibile est aquam in aërem mutari: Impossibile est
cœlum quiescere: Cōtingit cometas apparere: Necessè
est stellas interdum occultari.

Huiusmodi enunciata tametsi aliter atque ali- V.
ter pro sermonis diuersitate & vsu formentur: semper
tamē cogitandum est, ecquæ effato talis conditio adsit.

Vt ergo pugnantem affirmationi negationem in VI.
hoc effatorum genere (quod modale vulgò vsurpatur)
citra errorem inuenias, ipsi modo negatio annectenda
est. Verbi gratia huic, Necessè est mercatores ditari, non
hæc repugnat, Necessè est mercatores non ditari: (vtra-
que enim falsa fuerit) sed hæc, Non necessè est merca-
tores ditari. Neque huic, Philosophi possunt non esse
priuati, hæc repugnat, Philosophi possunt esse priuati:
(vtraq; enim vera est) sed hæc, Philosophi non possunt
non esse priuati.

Quo diligenter obseruato, quibus modis qui modi, VII.
vel quæ modorum negationes vel repugnēt, vel etiam
sint consequentes, non est difficile iudicare.

Diligēter etiam & acutè Aristoteles de ambiguitate VIII.
vocabuli Possibile admonet: quod aliquādo etiam iis,
quæ vno modo tantum, & necessariò fiunt, attribuitur:
alioqui de contingentibus, & quæ in vtranque partem
momentum habent, vsurpatur.

Dia-

APHORISMI

Digramma Aristotelis, in quo modi cum verbo substantiuo, tanquam subiecto, connexi exponuntur.

Potest esse.	Non potest esse.
Contingit esse.	Non contingit esse.
Non impossibile est esse.	Impossibile est esse.
Non est necesse esse.	Necesse est non esse.
Potest non esse.	Non potest non esse.
Contigit non esse.	Non contingit non esse.
Nō est impossibile nō esse.	Impossibile est non esse.
Non est necesse non esse.	Necesse est esse.

APPENDIX.

- I. Negatio affirmationi magis repugnat, quàm per contrarium attributum conflata enunciatio. Vt huic, Omnis homo stultus, magis repugnat hæc contraria, Nullus homo stultus: quàm hæc, Omnis homo sapiens: Et hæc contradictoria, Quidam homo non stultus, quàm hæc, Quidam homo sapiens.
- II. Causa est, quòd veritas & falsitas contradictione dirimuntur, nullo medio interueniente.

Finis τῆς περὶ ἑρμηνείας ἐπιτομῆς

IN



LOGICI.
IN DOCTRINAM ARISTO-
TELIS ANALYTICAM INSTITV-

*tio compendiaria, Guilielmo Xylandro Au-
gustano Autore.*

SECTIO I.

Scientia demonstrandi, sine qua Philosophiam I.
necesse est esse mancam, Analyticis libris ab A-
ristotele est tradita.

Cum omnis demōstratio sit syllogismus (quem Ra- II.
tiocinationē Latinè dici nihil impedit) syllogismi na-
tura prius omnino cognoscenda est, quàm demonstra-
tioni quæ sunt propria, explicentur.

Idque eò magis, quòd quibus de rebus demonstra- III.
tio afferri non potest, probabili tamen ratione discri,
argumentumque syllogismo concludi potest.

Enunciationes cum ad argumentandum adhiben- IIII.
tur, propositiones fiunt, atque ex his syllogismi.

Est ergo propositio syllogistica (hoc est, quæ ad con- V.
cludendum aliquid accommodatur) oratio aliquid al-
teri vel tribuens, vel adimens: idque vel vniuerso ei, vel
parti eius, vel indefinitè.

Hæc si vera sit, & propter ea, quæ initio sunt posita, VI.
sumatur: ad demonstrationem facit. Dialecticus ad ra-
tiocinandum propositionem sumit probabilem.

Terminus est id, in quod propositio dissoluitur, sub VII.
iectum nempe & prædicatum.

Syllogismus oratio est, in qua positis quibusdam, a VIII.
liquid præter ea necessariò cōsequitur, propterea quòd
ista sunt,

D

APHORISMI

- IX. Perfectus syllogismus est, qui præter ea, quæ sumit, nulla alia re ad conclusionis necessitatem monstrandam indiget.
- X. Imperfectus est, qui aliquid præterea ad eam monstrandam requirit: quod ut propter terminos propositionum necessariò consequitur, in ipsis tamẽ propositionibus non inerat.
- XI. In toto inesse, vel (nam idem est) de vniuerso dici intellige id, quod ita prædicatur de subiecto, ut subiecto nihil contineatur, cui illud attribui non possit. Contraria est ratio eius, quod toti non inesse, aut de nullo prædicari dicitur.
- XII. Vniuersalis negatiua propositio simpliciter conuertitur, in prædicati locum subiecto succedente, & contrà: ut, Nulla voluptas est bonum, Nullum bonum est voluptas.
- XIII. Vniuersalis affirmatiua conuertitur, sed ita, ut fiat particularis. ut, Omnis voluptas est bonum, Quoddam bonum est voluptas. Hinc Elenchus ἐπιπολις.
- XIIII. Particularis affirmatiua simpliciter conuertitur. Quædam voluptas bonum est: Quoddam bonum est voluptas.
- XV. Particularis negatiua non item: ut, Quoddam animal non est homo, non sequitur, Ergo quidam homo non est animal: cõuertitur autem negatione ad subiectum traiecta, efficitq; id infinitũ, sic: Quoddam nõ homo, est animal. Et, Quidam parentes non diligunt liberos, Quidam non diligentes liberos sunt parentes.
- XVI. In modalibus eadem est ratio, quod ad necessarias attinet.
- XVII. In contingentibus eadem est affirmantium conuersio

no: siue contingens pro necessario, siue pro non necessario accipiatur.

In negatiuis quoque, vbi non contingens pro impossibili ponitur, & eo quod non necessario non est. XVIII.

Cum contingens intelligitur, quod plerunque euenit, itaque natura fert, vt eueniat (quæ propria est huius vocabuli significatio) res aliter habet. Non enim vniuersalis, sed particularis negatiua simpliciter conuertetur. XIX.

Nam quo modo verbum substantiuum in propositionibus, eodem verbum, Contingit, vsurpatur: affirmatque aliquid etiam de subiecto, cui vniuersalis est adiecta negatio. XX.

SECTIO II.

Omni ratiocinatio tribus terminis constat. I.

Tota eius vis à medio pendet, qui cæteros quadam necessitate constringit, inque conclusionem cogit. II.

Ergo ex duabus præmissis ea conficitur, in quarum utraque sit medius terminus. III.

Reliqui duo, alter maior vocatur, alter minor: hic subiectum est in conclusione, ille prædicatum. IIII.

Propositio etiam præmissa, quæ medio & maiore constat termino, maior: quæ medio & minore, minor rectè appellatur. V.

Trifariam medius terminus in præmissis collocari potest. nam vel in vna subiectum, in altera prædicatum erit: vel prædicatum in utraq; vel subiicietur utrobique. VI.

Hæc diuersitas efficit tres syllogismorum figuras, primam, secundam, tertiam. Maioris & minoris termini appellatio excludit quartam figuram. VII.

APHORISMI

VIII. Iam cum constet, 3 esse figuras propter diuersas me-
 dij termini collocationes, etiã hoc in promptu est, Quan-
 titate & Qualitate præmissarum mutatis, varietatem
 quandam syllogismorum in singulis existere figuris:
 unde modorum nomē factum, qui sui singularum per-
 hiberentur figurarum.

IX. Heic minimè contemnendum est Latinorum studi-
 um rem syllogisticam fideliter tradendi, qui litteris vsq̃
 AEIO, Quantitatem & Qualitatem enunciatorum si-
 ue propositionum notauerunt.

Ergo

* Modorum indagatio, indefinitis propositionibus præteritis.

Vtracq̃ uni- uersalis, quippe	Vtracq̃ aiens. 1. A, A primæ & tertiæ. vtracq̃ negans. 2. ἀσυνλλ. EE.	Altera aiens negante altera, nempe	Maior, 3. AE, se- cundæ, Minor, 4. EA, 1. 2. & 3.
Præmissæ syllo- gismi sunt vel	Vtracq̃ par- ticularis, & vel	vtracq̃ aiens. 5. II. vtracq̃ negans, 6. OO, altera aiens negante altera, scilicet	Maior, 7. IO, { omnes ἀσυνλλ- λόγι σοι.
			Minor, 8. OI,
Altera uni- uersalis, al- tera parti- cularis: id- que aut	Maior rur- sumq̃	vtracq̃ aiens, 9. primæ & 3. AI. vtracq̃ negans ἀσυνλλ. 10. EO. altera aiens, negans te altera, vel	Maior 11. 2. AO, Minor 12. 1. 2. 3. EI.
			Minor rur- sumq̃
			Maior 15. nullibz, IE. Minor 16. 3. OA.

Ergo A vniuersè aientem, E vniuersè negantem, I X.
 particularem affirmantem, O particularem negantem
 designabit, exclusis indefinitis, quatenus sunt indefini-
 tæ: Et quarum sunt subiecta indiuidua, in centum par-
 ticularium relatis.

Quod nisi leges syllogismi, tum vniuersales, tum sin- XI.
 gularum propriæ figurarum obsisterent, 16 in quavis
 figura, & in vniuersum duodequingaginta habere-
 mus modos syllogismorum. *

Idem deprehenditur, si quis cogitet vnamquamuis XII.
 propositionem ratione Quantitatis & Qualitatis qua-
 druplicari.

Vniuersales syllogismi leges.

Summa hæc est. Syllogismus non constat, si præmis- XIII.
 sarum vtraque aut neget, aut sit particularis. Nam de
 expositorio (quem vocant) syllogismo, dicitur inferi-
 us.

Conclusio sequitur deteriorem partem. Cæterum XIII.
 affirmatione negatio, aut toto pars, deteriora hoc
 loco appellantur. Nunquam ergo conclusio af-
 firmabit, altera præmissarum negante, nunquam erit
 vniuersalis, altera præmissarum particulari. (Porro
 ex suprâ dictis satis liquet, 3 duntaxat terminos in syl-
 logismo esse debere, mediū in conclusione nunquam.)

Perspicuum est itaq; de 16. istis modis, secūdam EE, XV.
 quintū II, sextū OO, septimū IO, octauum OI, decimū
 EO, decimum quintum OE, esse a syllogistos, & nulli fi-
 guræ idoneos. De reliquis, an, & vbi locum habeant, iu-
 dicium ex legibus singularum figurarum fieri oportet.

APHORISMI

Prima Figura.

- XVI. In hac medius terminus verè est medius, & conclusio fieri potest liberè, id est vniuersè, particulariter, affirmatiuè, negatiuè.
- XVII. Maiorem autem vniuersalem, minorem aientem esse oportet, vt huius Quãtitas, illius Qualitas libera intelligatur.
- XVIII. Ergo primus, quartus, nonus, & duodecimus modi in prima figura necessitatem habent concludendi, modi que erunt, AAA, EAE, AII, EIO, quos non ineptè vocant, Barbara, Celarent, Darij, Ferio.

Modi primæ figuræ ob oculos positi. B medium terminum designat, A maiorem, C minorem.

BAR Quidquid viuit, est animatum.

BA Omnes stirpes viuunt. Ergo

RA. Omnes stirpes sunt animatae.

CE Nemo imprudens est fortis.

LA Omnis audax est imprudens. Ergo

RENT. Nullus audax est fortis.

DA Omne compositum est dissolubile.

RI Mundus est compositus. Ergo

I. Mundus est dissolubilis.

FE Nihil informe est Deus.

RI Aer est informis. Ergo

O. Aer non est Deus.

Se-

Secunda Figura.

Huius & tertiæ figuræ syllogismi, cum prima com. XIX.
parati, imperfecti sunt, quia medius terminus facultate
potiùs, quam re est medius.

Bis enim in secunda figura prædicatur, quæ causa est, XX.
quòd affirmatiuè in hac figura nihil necessariò conclu-
ditur.

Hoc etiam obscurum non est (quod & ad tertiam fi. XXI.
guram pertinet) imperfectos syllogismos, nisi aliquam
cum perfectis cognationem haberent, perfici non pos-
se.

Secundæ figuræ hoc à prima beneficium obtigit, XXII.
quòd maiorem semper habet vniuersalem, idque ea de
causa, quòd in hac figura maior terminus medio, quàm
minor est affinior. Quantitas autem minoris est libera.

His consideratis, in promptu est videre, in hac figura XXIII.
quatuor tantùm modis locum esse, 3. 4. II. 12. quos his
notis afficiemus: EAE, AEE, EIO. AOO, & nomi-
nibus, Ces a re, Cam es tres, Fes tino, Bar o co.

Modi secundæ figuræ ob oculos positi.

M nota medij termini, N maioris, O minoris.
μ v ξ

CES Nullus Philosophus iniustus.
A Omnis tyrannus iniustus. Ergo
RE. Nullus tyrannus est Philosophus.

CAM Omnis virtus est habitus.
ES Nullus affectus est habitus. Ergo.
TRES. Nullus affectus est virtus.

FES.

A P H O R I S M I

FES Nullum elementare perpetuum est.

TI Caelum est perpetuum. Ergo

NO. Caelum non est elementare.

BAR. Omnis voluptas est instabilis.

OC Quedam delectatio non est instabilis. Ergo

O. Quedam delectatio non est voluptas.

Tertia figura.

XXIII. At in tertia figura medius terminus bis subijcitur, vt planè videatur minoris extremi naturam induere.

XXV. Maioris Quantitas libera est. Hoc à prima figura habet hæc figura, quòd minor negatiua non admittitur.

XXVI. Neq; caret ratione, quòd nunquam conclusio heic vniuersalis est, etiam si ambæ præmissæ sint vniuersales.

XXVII. Sex ergo modos hæc figura habet, ordine primum, 4. 9. 12. 13. 16. quorum notæ, AAI, EAO, AII, EIO, IAI, OAO: nomina, Darapti, Felapton, Datisi, Ferison, Disamis, Bocardo.

Sequuntur exempla.

DA Omnis scientia labore paratur.

RAP Omnis scientia est iucunda. Ergo

TI. Quoddam iucundum labore paratur.

FE Nulla tyrannis honesta

LAP Omnis tyrannis utilis Ergo

TON. Quiddam vtile, quod non sit honestum.

DA Omne vitium est fugiendum

TIS Quedam vitia plurimis placent. Ergo

I. Quedam plurimis placentia, sunt fugienda.

FE.

- FE Nullus homo semper sapit.
 RIS Quidam homines sapientes sunt. Ergo
 ON. Quidam sapientes non semper sapiunt.
- DIS Quaedam voluptas damnosa.
 AM Omnis voluptas per se expetitur. Ergo
 IS. Quoddam, quod propter se expetitur, nocet.
- BOC Quoddam contactu agens non videtur.
 AR Omne, quod agit contactu, est corpus. Ergo
 DO. Quoddam corpus non videtur.

Reductio syllogismorum.

Figuris & modis syllogismorum demonstratis, reli- XXVIII.
 quum est, ut, quo pacto imperfecti ad perfectos redu-
 cantur, eoque pacto perficiantur, perhibeamus.

Iam autem liquidò est ostensum, nullum omnino syl- XXIX.
 logismum fieri, qui nomen hoc sustinere, tuerique pos-
 sit, si aut in canonem aliquem vniuersalem peccetur,
 aut in vtramque primæ figuræ præmissarum legem.

Ab altera itaque duntaxat exorbitabit: huicque in- XXX.
 commodo ut succurratur, correctio à præmissarum
 cōuersione, aut etiam traiectione, adhibenda erit: aut
 si ne hæc quidem sufficiant, ad impossibile conten-
 tiosus aduersarius erit adigendus.

Cæterum hæc remedia non in verbis præmissarum XXXI.
 exstant: sed è vicarum, terminis non mutatis, elici pos-
 sunt atque debent.

Quam ad rem plurimum adiumentum adferunt litte- XXXII.
 ræ, in hunc usum modis, quos enumerauimus, à Lati-
 nis (quos grati ac lubentes sequimur) adhibitæ. Nam

E

APHORISMI

BCDF initia modorum imperfectorum, ad quos reducendi primæ figuræ modos sint, vt perficiantur, indicant quo autem modo id fiat, S P M C, litteræ in fine propositionum signatæ, monent.

XXXIII. S, conuersionem propositionis simplicem præcipit, quo pacto perficiuntur expeditissimè Cef a re, Fef tino, Dat is i, Fer if on. P, conuersionem per accidens iniungit, qua de vniuersali, propositio particularis redigitur, in Da rap ti & F e lap ton. M, traiectionem præmissarum præter conuersionem exigit, vt maior in minoris locum trāseat, ac vicissim: qua ratione perficiuntur Cam es tres, & Dis am is.

XXXIV. Superfunt Ba roc o & Boc ar do: in quibus cū terminorum mutationem conuersio particularis negantis adferat, eam quidem, quæ subiectum infinitum, & quasi aliud efficiat: id adhibetur instrumentum, quod accommodari potest omnibus etiam reliquis imperfectis syllogismis perficiendis.

XXXV. Nam hoc etiam atque etiam meminisse oportet, de forma syllogismi, non de materia hoc loco agi. Qui ergo nihil habet, quod in collocatione terminorum docere possit, peccari contra demonstratos canones: is, si ex præmissis nihil sequi dicat, sibi ipsi iniurius fuerit: si id, quod nos conclusimus, neget, alteram partem contradictionis tueatur, necesse habet.

XXXVI. Ergo si in Bar o c o, aut Boc ar do, vbi concluditur negatiuè & particulariter, contendas conclusionem ex præmissis non sequi: hoc tibi incumbit, vt vniuersalem affirmantem, quæ nostræ conclusioni contradicit, veram esse defendas.

XXXVII. Ea ergo nos, & altera præmissarum, itidem vniuersa-

saliter affirmante, utemur, ac in primæ figuræ primo modo syllogismum conficiemus, cuius tu conclusionem negare non possis, cum palam contradicat alteri præmissarum, quam tu antè concesseras.

In secunda figura, tua nostræ conclusionis contradictoria pro minore: in tertia, pro maiore assumitur: & in hac, minor concessa antè, in illa, maior evertitur. XXXVIII.

Hoc modo Cesare ad Ferio, Camestres ad Darij, Feristino ad Celarent, Darapti ad Celarent, Felapton ad Barbara, Datisi ad Ferio, Ferison ad Darij, Disamis ad Celarent, reduci possent, quos operosius docere, est ignaviam discipulorum fouentis. XXXIX.

Quin & primæ figuræ syllogismi, hac ratione tractari possent, nisi stultū esset, in meridie lucernam adhibere. XL.

Exempla secunda Figura.

CES Nullus syllogismus fit ex puris particularibus.	CE Nihil, quod fit ex puris particularibus: est syllogismus.
A Omnis ens est ens, fit ex puris particularibus.	LA Omnis ens est ens, fit ex puris particularibus.
RE. Ergo nulla ens est syllogismus.	RENT. Ergo nulla ens est syllogismus.
CAM Omne proprium reciprocatur.	CE Nihil, quod reciprocatur, est accidens.
ES Nullum accidens reciprocatur.	LA Omne proprium reciprocatur.
TRES. Ergo nullum accidens, proprium.	RENT. Ergo nullum proprium est accidens.

APHORISMI

FES	Nulla inductio est repetitio principij.	FE	Nulla repetitio principij est inductio.
TI	Quaedam indiuiduorum recensio est repetitio principij.	RI	Quaedam indiuiduorum recensio est repetitio principij.
NO.	Ergo quedam indiuiduorum recensio non est inductio.	O.	Ergo quedam indiuiduorum recensio non est inductio.
BA	Omne necessarium est perpetuum.	BAR	Omne necessarium est perpetuum.
ROC	Quaedam vera non sunt perpetua.	BA	Omne verum est necessarium.
O.	Ergo quedam vera non sunt necessaria.	RA.	Ergo omne verum est perpetuum.
DA	Omnia predicabilia possunt subiici.	DA	Omnia predicabilia possunt subiici.
RAP	Omnia predicabilia sunt vniuersalia.	RI	Quaedam vniuersalia sunt predicabilia.
TI.	Ergo quedam vniuersalia possunt subiici.	I.	Ergo quedam vniuersalia possunt subiici.
FE	Nulla indiuidua predicantur.	FE	Nulla indiuidua predicantur.
LAP	Omnia indiuidua sunt voces significantes.	RI	Quaedam voces significantes sunt indiuidua.
TON.	Ergo quedam voces significantes non predicantur.	O.	Ergo quedam voces significantes non predicantur.

Da-

DA	Omnis enunciatio constat nomine & verbo.	DA	Omnis enunciatio constat nomine & verbo.
TIS	Quaedam enunciatio multis vocabulis conficitur.	RI	Quoddam multis vocabulis confectū, est enunciatio.
I.	Ergo quoddam multis vocabulis confectum, constat nomine & verbo.	I	Ergo quoddam multis vocabulis confectum, constat nomine & verbo.
FE	Nulla demonstratio fallit.	FE	Nulla demonstratio fallit.
RIS	Quaedam demonstratio in sensu habet principia.	RI	Quaedam, quæ in sensu habent principia, sunt demonstratio.
ON.	Ergo quaedam, quæ in sensu habent principia, non fallunt.	O.	Ergo quaedam, quæ in sensu habent principia, non fallunt.
DIS	Quaedam καθόλα, sunt nobis ignotiora.	DA	Omne καθόλα, naturâ notius.
AM	Omne καθόλα, naturâ notius. Ergo	RI	Quaedam nobis ignotiora, sunt καθόλα.
IS.	Quaedam naturâ notiora, nobis ignotiora.	I.	Ergo, quaedam nobis ignotiora, naturâ notiora.
BOC	Quidam syllogismi non sunt perfecti.	BAR	Omnes boni syllogismi sunt perfecti.
AR	Omnes syllogismi sunt boni. Ergo	BA	Omnes syllogismi sunt boni.
DO.	Quidam boni syllogismi, non sunt perfecti.	RA.	Ergo, omnes syllogismi sunt perfecti.

APHORISMI

Appendix de syllogismo (quem vocant, non recte) Expositorio.

- I. **Q**VI syllogismi nomine dignati sunt Expositionē, quæ fit medio singulari bis subiecto, eo decepti sunt, quòd omnes necessarias consecutiones putauerunt debere syllogismos appellari, quos & enunciatorum conuersio refellit, & Aristoteles lib. α. prior. analy. cap. 33. perspicuè de hoc errore vitando monuit.
- II. Qui in prima aut secunda figura illam Expositionem locum habere putant: oblitum sunt, nullum indiuiduum prædicari, neque eam formam esse formam, quæ non vbiq; est forma.
- III. Manet hoc principium inconcussum, Ex puris particularibus nihil sequi: neq; vllam patitur exceptionē, & interim Expositioni sua vis constat. Prius etiam Aristoteles conceptis verbis docuit, cap. 27. posterioris de syllogismo libri: posterius ratio euincit.
- III. Nam profectò nulla est hæc ratiocinatio, *Xylander totum Plutarchum latine reddidit primus: Xylander est Augustanus: Ergo quidam Augustanus Plutarchum primus latine reddidit.* Quid enim est in conclusione, quod non idem sit in præmissis? aut ad quem tandem, præter Xylandrum, hoc pertineret? & vt planius explicem, ex vno indiuiduo plura sequi non est necesse, cum neque vna hirundo ver, neque vnum indiuiduum plura possit efficere. Quod qui non credunt, hac delectentur ratiocinatione. *Petrus in atrio Pontificis sese exsecratus est: Petrus fuit Apostolus: Ergo quidam Apostoli, &c. aut pro Petro subijciamus Iudam, vt non à solo illo Apostolorum proditum Seruatorem nostrum euincamus,*

Expo-

Expositio itaque, neque syllogismus est, & tamen vim concludendi, necessitatemque habet, quia opponitur vniuersali: vel aiens neganti, vel negans aienti, vt huic innitatur principium, cum, qui omnia dicit, nullum excludere. V.

Verbi gratia, si tu affirmes, omnes Poëtas esse obscœnos, ego vel vnico Virgilio tibi obiecto, os obturauero. Si neges vllum esse obscœnum Poëtam, Catullus productus te refellet. Vterque enim horum Poëta fuit, castus alter, alter incestus. VI.

Non ergo syllogisticae formæ expositio quicquam præiudicat, sed à principio principiorum, hoc est, lege contradictionis, vim suam mutuatur. Et quod alteram præmissarum, vniuersalis locum obtinere aliquando alijs credidimus, re diligentius examinata, falsum esse comperimus. Nam hoc posito, *Ex hoc* nihil ipsa concluderet, sed duorum esset syllogismorum materia. VII.

Obseruandum est hoc, multas occurrere ratiocinationes, quæ videantur potius, quam sint expositoriae, & nullo negotio, sententia inspecta, possint explicari, vt veros syllogismos esse minimè sit obscurum. Verbi gratia, *Deus est Deus viuorum. Deus est Deus Abraham.* Ergo *Abraham viuuit*: hanc habet sententiam. VIII.

DA Quorumcunq; Deum se Deus profitetur, ij viuunt.

RI Abrahami Deum se Deus profitetur.

I. Ergo Abrahamus viuuit.

Quod & sic poterat colligere, *Nemo mortuus habet Deum,* &c. Iudæi ratiocinabantur, Christum non esse Messiam, quia Bethlehema natus non esset. Expositio hæc videtur.

E 4

videtur.

APHORISMI.

videtur. *Messias nascitur Bethlehemæ: Christus non est natus Bethlehemæ: Ergo Christus non est Messias.* Hoc non consideratum fecit, ut nonnulli Expositorum syllogismū, etiam in alijs, quā tertia, figuris collocarent: quasi aut possit aliquod indiuiduum prædicari (quod fieri oportebit, si medius debeat esse singularis) aut hæc, nasci Bethlehemæ, & similia, sint indiuidua. Tenor propositæ ratiocinationis hic est:

FE *Quicumq; Bethlehemæ non est natus, non est Messias.*

RI *Christus non est natus Bethlehemæ.*

O. *Ergo Christus non est Messias.*

IX. Id etiam obseruetur, indiuidua interdū ita exclusiue poni, quomodo particula, solus, usurpatur, cum scilicet de vno ita aliquid affirmatur, ut de reliquis omnibus negetur. qualia sunt: Filius Iulij Cæsaris est eius hæres: Is, cui intinctum porrigo, me prodet. Sic enim intelliguntur, ut vniuersalem, siue affirmantē, siue negantem, ex singulari facere, in procliu sit: verbi gratia: Solus filius Iulij Cæsaris, est eius hæres: Quicumq; non est filius Iulij Cæsaris, non est eius hæres. Proinde hæc ratiocinatio, *Filius Iulij Cæsaris est eius hæres: Octavianus est filius Iulij Cæsaris: ergo eius hæres:* nihil minus est, quā expositoria, cum maior vniuersalem repræsentet, ideoq; forma sit Darij.

Appendix de Hypotheticis.

1. Extra has syllogismorum figuras nulla fit legitima conclusio ex propositionibus simplicibus.
2. Sunt præterea etiam syllogismi, qui conclusionem non directo efficiunt, sed aliquo assumpto, siue ex concessione.

Hos

Hos, hypotheticos, eam ob causam vocant: & quidem ij quoque, qui ad impossibile adiguntur syllogismi (quales in reductione syllogismorum exposuimus) ex horum sunt numero, tametsi directò conclusionē conficiant. 3.

Sed & reliqui eodem rediguntur: nam & propositio, quę pro concessa assumitur, vim τὸ καθόλου, quodammodo obtinet: & ipsa concessio, instar medij habetur termini. Tum si id, quod assumitur, probandum sit, directò, vel tandem syllogismo demonstrari oportet. 4.

Omnis ergo syllogismus ex duabus propositionibus, quibus explicatum est rationibus, concluditur. Cætera, pro syllogismi sunt, materiæ magis, quàm formæ argumentationis inseruientes. 5.

Sicut & hoc impropriè fit, quòd vel vna conclusio diuersis simul causis conficitur, vel multa simul in vna conclusione comprehenduntur. 6.

Iam qui considerauerit, quæ propositiones, ex quibus consequantur, aut quæ à quibus euertantur: promtè iudicabit, quæ propositio, qua figura, quòve modo syllogismi commodè confirmari, aut refelli possit, ac vtrum horum sit expeditius. 7.



FINIS PRIMÆ PARTIS LIBRI
prioris de Ratiocinatione.

F

INSTITVTIO COMPEN-
DIARIA LIBRI ARISTOTE-

lis Analyticorum poster. seu de Demonstratione prioris. Guilielmo Xylandro Augusto auctore.

CAPVT I.

1.  Vicquid ratione cognoscitur, antecedente aliqua prænotione id discitur.
2.  Anticipantur autem duorum generum prænotiones. Alia, quibus rem esse intelligimus, vt esse animam, esse motum: alia, quibus, quid res sit, cognoscitur, vt, quid sit Circulus, quid Gnomon, quid Tempus: ac non rarò vtroque prænotionis genere opus est.
3. Sæpe singularia inductione & sensu suggerente arripiuntur, suisq; vniuersalibus accommodantur, quod fit in syllogismis epagogicis.
4. Falsum est, quod in Menone Socrates disputat, nihil nos discere, sed eorum modò recordari, quæ animo antè fuerint cognita.
5. Neque interim absurdum dictu est, id ipsum, quod discitur, quodammodo iam antè sciri, quatenus scilicet in vniuersalis cognitione singulorum notitia, sed confusè, inest: quibus singularibus, dum cognoscuntur, ea ipsa accommodatur, & quasi distinguitur notitia.
6. Alioquin vt scias omnis reſtanguli trianguli longissimum latus, tantum posse quadratum, quantum reliquorum laterum quadrata coniuncta conficerent: tamen

men

mē proposito triangulo, qui in semicirculo sit descriptus, si tu eum nescias esse rectangulum, quī scies eius hypotenusæ quadratum, reliquorum laterum quadratis in vnum conflatis æquari? Etenim suo modo idem & scire & ignorare te fatearis oportebit.

CAPVT II.

SCimus id, cuius verā causam cognoscimus, ipsūque aliter habere non posse, certi sumus. 1.

Demonstratio vnicum scientiæ parandæ instrumentum, syllogismus est, propositionibus constans veris, primis, medij expertibus, notioribus & natura prioribus conclusione, cuius etiam causæ sunt. 2.

Principiorum (sic enim optimo iure Demonstratio- num propositiones appellantur) alia Theses, alia axiomata sunt. Rursumque Theses, alia sunt hypotheses, alia definitiones. 3.

Theses vocamus, quibus neque demonstrando fides fit, neque ad discendum se conferenti necesse est, eas esse cognitatas. Axioma autem eidem oportet esse notum. Hypothesis de subiecto diuersum aliquid vel affirmat vel negat. id nisi fiat, Definitio est. 4.

Hæc principia, ita certa atque indubitata fidei esse par est, nihil omnino ijs vt certius, minusve dubium haberi queat: quippe cum inconcussam ea, nullique errori aut mutationi obnoxiam scientiam, demonstratione in animum inducere debeant. 5.

APHORISMI

CAPVT IIII.

1. **F**Verunt, qui omnino sciri nihil posse dicerent: Aut enim vno per aliud identidem demonstrando, in infinitum fore progrediendum: aut in quo subsistatur, id cum demonstrari non queat, per aliud prius ipso, sciri non posse, ideoque posteriorum scientiam per id nullo modo paratum iri.
2. Error horum inde est profectus, quod ignorant, esse quoddam scientiæ principium, quod extremis illis, & nullo medio, nullo priore demonstrabilibus principijs fidem conciliet: falsò rati, nihil, nisi quod demonstratione cognitum esset, prænosci posse.
3. Alijs visum fuit, omnia posse demonstrari, quippe in orbem redire demonstrationes, ac vicissim vno per alterum demonstrando, quasi gyro quodam, commemorare.
4. Quos errasse, vel ex eo liquet, quod hoc pacto, eadem iisdem, eadem ratione & priora & posteriora fierent, quod est perabsurdum.
5. Adde, quod cum circularis, quam vocant, demonstratio, non nisi in reciprocantibus locum habeat, vti alibi traditum fuit, & reciproca sint per pauca: nemo non videt, omnibus demonstrandis eam adhiberi nequaquam posse.

CAPVT IIII.

1. **P**ropositiones, è quibus demonstratione aliquid concludatur, simpliciter necessarias esse debere, intelligi potuit ex ijs, quæ suprà diximus.
2. In ijs ergo propositionibus prædicatum subiecto
ita

ita tribuatur necesse est, vt de omni, per se, & in vni-
uersum dicatur.

De omni dici, id intellige, quod ita subiecto tribui-
tur, vt & omnibus sub eo comprehensis congruat, &
omni, singulisque sub eo contentis perpetuò conue-
niat, neque temporis ratione prædicatio ista mutari
possit.

Per se dici, quatuor modis accipitur. Primò, ea per
se dicuntur tribui, quæ ad veram propriamq; subiecti
definitionem adhibentur.

Secundò, quæ ita subiecto insunt, vt neque in vllò
alio insint, neque citra subiecti sui adhibitionem verè
intelligi, definirive possint: & in suo subiecto omnino,
aut ipsa, aut ipsorum contraria, quouis tempore in-
sint.

Tertio modo per se dicuntur, quæ de alio subiecto
nullo dicuntur.

Quartus est, cùm ob vnam propriamque causam ef-
fectus subiecto assignatur.

Quæ nò aliquo horum modorum dicuntur, etiam si
de omni videantur prædicari, tamen per accidens tri-
buuntur, neque in scientiis, quæ propriè sic dicuntur,
locum habent.

καθόλου seu in vniuersum, prædicatur de subiecto,
quod ei hac ratione, quatenus ipsum subiectum hoc
est, quod dicitur, adscribitur: nimirum quod primò de
multis subiectis vni alicui, nullique præterea alij, nisi
propter illud ipsum subiectum, attribuitur.

CAPVT V.

Tribus modis fit, vt *καθόλου* nò verum assignetur sub-
iecto, eaque in re erretur.

APHORISMI.

1. Primus est, cum quod singulis tribuitur ob nominis communitatem, videtur iis καθόλως tribui, cum tamen iis singulis nihil sit superius, quod de ipsis eadem predicetur ratione, ac propter ipsum singulis deinde eodem pacto tribuatur.
2. Alter modus est, quando commune est singulorum genus, sed id nomine cum careat, singulis καθόλως inesse videatur, quod eis propter commune genus, (cui καθόλως tribuitur) intelligendum fuit inesse.
3. Tertius est huic affinis, cum καθόλως predicatum non subiecto primo, quod notum sit & nomine suo praeditum, sed parti eius adscribitur.
4. Breuiter, id demum subiecto predicatum καθόλως tribuitur, quod predicatum, eo sublato subiecto, ipsam quoque alibi locum habere nequit.

CAPVT VI.

1. QVemadmodum Demonstrationis conclusio sua-
pte natura est necessaria: ita ad eam conficiendam per se necessariis opus est propositionibus: quales sunt, in quibus per se subiecto predicatum tribuitur.
2. Id ita esse liquet, cum & accidentia non sint necessaria, & conclusio non ex necessariis confecta aliter etiam habere utique possit, quod est à scientia alienum.
3. Quin & refellere Demonstrationem volentes, rem conclusam aut omnino aliter habere, aut saltem aliter dici de ea posse ostendimus.
4. Quòd nisi medius Demonstrationis terminus erit necessarius, etiamsi conclusio necessaria sit, tamen
quia

quia eius causam ignoras, scientia conclusionis præditus non eris.

Et ne temporis quidem causa, si mutabilis sit medium terminus, Demonstrationi aptus esse potest.

Hoc nisi obseruetur, aut scire te putabis, quod non scias, aut de eo, quod sub scientiam cadit, opinionem tantum concipies.

CAPVT VII.

Medium terminum proinde ex eo ipso, non alio genere sumi oportet, quo in genere subiectum conclusionis continetur.

Itaque vniuscuiusque scientiæ demonstrationes in alia locum non habent, nisi quatenus vna scientia alteri subest.

Quæ interitui obnoxia sunt, eorum per se quidem nulla est demonstratio, vt nec definitio.

Propriè Demonstratio ea dici non potest, cuius principia aliò transferri queunt.

Primi verò Philosophi est, communia considerare, & nulli certo generi adstricta principia.

CAPVT VIII.

Principiorum enim alia communia sunt, alia propria.

Et cum Demonstratio tribus constet, subiecto, principio, & eo, quod subiecto tribuitur: omnia quidem hæc, quid sint, prænosse oportet: quòd autem sint, duo priora præscire satis est.

Omnia quæ ad Demonstrationem adhibentur,

APHORISMI

tur, quo pacto vera esse oporteat, supra fuit explicatum. Cæterum axiomatibus (in quo Theſibus præſtant) non verbis modò aſſentimur, ſed multò magis animo, qui ea vera fatetur, etiam ſi os negare velit, neque propter aliud iis, ſed propter ſe fidem adhibemus.

4. Alioqui fieri poteſt, vt verba ſimpliciter vera non ſint, quorum tamen ſententia minimè ſit falſa: vt cùm Geometra lineam à ſe breuiſſimam deſcriptam in tabula, pedes aliquot longam eſſe dicit, expertem latitudinis, aliàq; id genus, quem tamen falſis vti ad demonſtrandum aliquid, non poſſis verè dicere.

5. Hypotheſes aliæ ſuapte ſua natura ſunt hypotheſes, aliæ ea modò ratione, quatenus ab eo, qui cum agitur, conceduntur, cùm ſuapte natura demonſtrabiles, non ſint propriè principia.

6. Hypotheſes vtriuſque generis, de quibus aut nulla prorfus in auditoris animo anticipata fuit, aut etiam diuerſa opinio, poſtulata vocantur.

7. Definitiones autem eæ, quas ſupra inter principia retulimus, prænotæ eſſe debent: neque magis hypotheſis nomen iis conuenit, quàm ſenſui.

8. Communiffimum eſt principium, idem de eodem ſimul non poſſe verè affirmari ac negari.

9. Eo nõ vtitur Demonstrator, niſi ratione prædicati, quatenus id ſimpliciter, & non ex hypotheſi ſubiectõ tribui ſignificat.

10. Eſt & aliud principium huic affine, vel affirmatiõnem, vel negationem de quavis re, ueram eſſe. Cuius uſus eſt ex hypotheſi demonſtrando, cùm contradiçtione aduerſarium inuoluimus.

Com-

Communis principis illis Demonstratores quando utuntur, ad suum ea subiectum adstringunt.

CAPVT IX.

VTitur Demonstrator propriis, ac (vt ita dicam) vernaculis cum quæsitis siue propositionibus, tum principis: & ex suis principis demonstrat, suarumque conclusionum causam reddit. Principia autem sua, quatenus scientiæ suæ professor est, non defendit.

Scientiæ conclusioni propriè ea opponitur vitiosa ratiocinatio, quæ certi modi ignoratione ex propriis principis perperam conficitur, qui propriè παραλογισμός dicitur.

Ceteræ falsæ ratiocinationes à sciente non tam re-

pelluntur, quàm reiciuntur. Demonstrationum propositiones etiam tum, cum sunt ἐπακτικαί, id est, cum singulari τὸ καθόλου accommo-

datur, tales esse debent, quæ nulla (quam vocant) instantia, aut exemplo discrepante labefactari possint. In scientiis Mathematicis Demonstrationes analy-

sin habent expeditissimam. nam & permultæ propositiones simpliciter conuertuntur, neque vllum accidens, sed ea duntaxat, quæ definitione comprehenduntur, in iis adhibentur. Itaque etiam sine vlla interruptione augentur, & cum ex alio aliud consequenter, & cum idem diuersis modis demonstratur.

CAPVT X.

DEmonstrationum duo sunt genera: perfectum & imperfectum.

Imperfectum voco, quo rem aliter habere nō posse certi reddimur, propria interim causa nobis incognita.

APHORISMI

3. Id fit, vel quando non utimur immediatis in demonstrando causis, vel cum ex notiore ignotius, quod quidem notioris causam iure dicas, colligimus certa ratiocinatione.
4. Tales Demonstrationes aliquando in perfectas pot sunt conuerti, aliquando non possunt.
5. Huc pertinent etiam negatiuæ Demonstrationes, in quibus prædicatum subiecto non tribui intelligitur certò, causa ignorata.
6. Alio modo imperfectæ sunt Demonstrationes earum scientiarum, quæ fundamenta suarum conclusionum ex aliis, quibus subsunt, scientiis, necesse habent petere.

CAPVT XI.

1. Rimam figuram Demonstrationibus esse aptissimam, non inductione modò, sed rationibus etiam euidentibus doceri potest, quæ ex syllogismi formarum ac Demonstrationis natura, non difficulter colliguntur.
2. Adde, quòd Definitionis scientia (quæ qualis sit, altero libro huius operis, Aristoteles docet) in reliquis figuris non potest colligi.
3. Tum hoc, quòd primæ figuræ Demonstrationes, ut ad immediatas vsque propositiones perducantur, nihil opus habent reliquis figuris: verùm hæ perfici absque prima nequeunt.
4. Immediatæ propositiones, cum aientes, tum negantes habentur.
5. Si prædicatum in toto quodam sit, in quo subiectum non sit, aut contrà: aut in aliquo toto prædicatum, in aliquo subiectum insit: quæ ex his terminis
con-

conficitur negatio, medio non caret, neque primò prædicatum de subiecto remouet.

CAPVT XII. & XIII.

Ignoratio vel simplex est, vel cum errore coniuncta.

Error aut de immediatis concipitur, aut de mediatis propositionibus.

Vtrumq; vel simpliciter falsam ob opinionem, vel ex praua fit ratiocinatione.

Opinionis error simplicior est: ratiocinationibus falsis variè decipimur, cuius rei modos persecutus est Aristoteles.

CAPVT XIII.

In Demonstrationibus & primordium aliquod est, & finis, vltra quem progredi non licet.

Sensus primordia subministrat: qui, si qua in re nos destituit, scientiam eius rei consequi non possumus.

CAPVT XV.

Propositio est copiosa eorum, quæ sequentibus capitibus disputantur.

CAPVT XVI. & XVII.

Ex natura κατηγοριῶν (sic vocat per se attributa) probat, posito ἄνω & κάτω ἴσαθαι (quod 15. cap. ostendit, & vel arbor Porphyriana potest docere) etiam τὰ μεταξὺ non esse infinita.

CAPVT XVIII.

Finis autem, vt attribuendi est, ita etiam demonstrandi. Quippe & vltimum aliquod est & primum, neque inter hæc interiacere infinita queunt.

Nam si in infinitum progredieremur prædicatis,

APHORISMI

quæ, quid res sit, explicent, conquirendis, actu cognosci posset & definiri nihil, itaque ne sciri quidem posset quidquam.

3. Præterea cum Demonstratio eorum sit, de quibus alia prius dicuntur: nisi ad prima, quibus mens ultro acquiescit, perueniretur (quod in infinito fieri non potest) nihil simpliciter demonstrari, sed tantum cum conditione posset.

4. Atque hæc quidem logicæ sunt rationes: analytica ista, quod ipsi modi, quibus per se aliquid alteri tribuitur, neque deorsum, ratione subiecti, posse procedi arguunt: & quæ, quid res sit, explicant, prædicata, in iis sursum pergendo, extremum occurrere, in quo consistatur, satis est euidens.

5. Denique in Demonstrationibus semper ad id usque, quod indiuiduum vnumque, id est, nullo alio demonstrabile sit medio, pergitur: eaque ratione excluditur infinitas, quod aliena & latius patentia omnia repudiatur.

CAPVT XX.

1. Demonstrationes aliæ aliis præstant, vel quantitate conclusionum comparatæ, vel qualitate, vel ipso conficiendæ conclusionis modo.

2. Cur particularis Demonstratio vniuersali potior sit habenda, videtur esse causæ: vna, quod singula quando scimus, per se ea scimus, cum, quæ ratione vniuersalium cognoscimus, ea per aliud cognoscamus: Altera, quod cum verè extra singularia nullum in natura esset vniuersale, is, qui id, quod re ipsa est, percipit, eo, qui id cognoscat, quod per se non subsistit, meliore esse loco, & ab errore tutior credi potest.

Sed

Sed neque per se propriè sciuntur indiuidua, cum
 αὐτῶν eorum, quæ ratione vniuersi ipsis insunt, vniuer-
 so ignorato, non verè cognoscantur, sed in alieno quasi
 subiecto considerentur: neque demonstrandi ratio,
 sed animi humani facultatum ignoratio, in culpa est, si
 quis per errorem ex vniuersalibus in mēte nostra con-
 ceptis, ideas alicubi in natura extra indiuidua exstan-
 tes sibi imaginetur.

Omnino autem qui κατὰ λόγον nouit, is si non actu (vt
 loquuntur) at facultate tamen, etiā indiuidua sub eo
 cōprehensa, habet cognita, cum indiuiduū alicui no-
 tum esse possit, qui vniuersale eius neque actu, neque
 facultate intelligat.

Denique indiuiduorum cognitio in sensum desi-
 nit. Vniuersalia animo cernuntur, quod est scientiæ
 peculiare. Quibus omnibus efficitur, vniuersalem sin-
 gulari præstare demonstrationi.

CAPVT XXI.

Affirmatiua demonstratio negatiuæ præstat. Nam
 & paucioribus specie propositionibus conficitur, ne-
 que negatiuis ad sui confirmationē opus habet, cum
 negatiuè sine affirmatiuis præmissis, concludi queat
 nihil.

Adde quòd, vt naturæ ordine affirmatio negatione
 est prior, ita & illius, quàm huius, potiora sunt, atq; ad
 sciendum magis conducentia principia.

CAPVT XXII.

Eadem affirmatiua præstat Demonstrationi, quæ
 impossibilis rei assertionem aduersario extorquet. Si-
 ue enim negatiuè concludere vis, id per affirmatiuas
 conficias oportet: siue affirmatiuè ratiocinaris, nega-
 tiuo syllo-

APHORISMI.

tiuo syllogismo absurdum vt concludas, necessum est.

CAPVT XXIII.

1. Gradus sunt scientiarum. Exquisitior enim ea habetur ac perfectior, priorque dignitate, quæ non modò τὸ ὄτι, sed etiam τὸ διότι habet demonstrationem, quàm quæ solius ὄτι.
2. Item subtilior ea est, quæ sine subiecto, quàm quæ in subiecto formas contemplatur.
3. Tum ea simplicior ac prior habetur, cuius id, quod minimum censetur, idem est & simplicissimum, quàm cuius principia comparatione seu respectu aliquo intelliguntur.
4. Diuersæ scientiæ cum subiectis, & eorum per se accidentibus, tum primis differunt principijs.
5. Idem verò diuersis sub eodem genere principijs, sæpenumerò demonstrari potest.

CAPVT XXIII.

1. DEMONSTRATIO, cum sit eorum, quæ aliter habere se non possunt, fortuita nulla demonstrari posse, est euidens, vt pote quæ non modò necessaria non sint, sed ne plerumque quidem eueniant.
2. Sentiuntur porrò singularia, non sciuntur, imò eorum, quæ sensu percipimus, scientiam, perquirendis causis, comparamus, quæ suapte natura est vniuersalium.

CAPVT XXV.

1. NON esse omnium Demonstrationum eadem principia, vel hoc Logico argumento æstimare licet, quòd

quod ne syllogismi quidem eadem omnes habent principia, cum & veri alij sint, alij falsi: & falsum multiplex suapte natura, multæ ut causæ falsitatis esse queant, efficiant.

Sed & proprijs rei rationibus demonstrari hoc potest, quarum præcipua est, quod non communia modo quædam sunt, & per omnes se disciplinas diffundentia principia: sed & alia certis rerum generibus à se inuicem distinctis propria, quæ in aliud translata genus, subiecto non congruant.

CAP. XXVI. ET XXVII.

Opinio quantumuis vera, scientiæ nomen non meretur, cum neque scientia, neque eius principium, mens ea comprehendat, quæ necessitate carent, aliterque se habere possunt.

Neque subiecto duntaxat, sed & modo cognitionis differunt, opinans & sciens. Nam hic prædicatum nouit, substantiæ & formæ causa, subiecto attribui: illi satis est nosse, utcumque cohærere ea inter se.

Ita fit, ut eiusdem rei, & opinio, & scientia, non tamen simul in eiusdem animo hominis, neque eadem prorsus ratione esse possint.

Ad utrumque sagacitas quædam ingenij, natura expediti & prompti, plurimum facit.

APHORISMI.
DIALECTICAE, ID EST, AR-
TIS DISSERENDI PROBABILI-
ter Canones, Præcepta & Loci.

CAPVT I.

- I. **H**ominis præcipua est functio veritatem increatam contemplari, cognoscere, admirari, & summa veneratione colere.
- II. Ad Dei diuinarumque rerum cognitionem & contemplationem verò, non nisi duplici adminiculo ascendit, scilicet, verbo reuelato, vel doctrina diuinitus patefacta, & creatæ veritatis inuestigatione.
- III. Cùm seipsum cognorit, & alia extra se, tum demum accedet ad summam illam cognitionem. Igitur priùs se exercebit per *διανοητὰ*, & postea ad suauissimam cōtemplationem *νοητῶν* transcendet.
- IIII. Cùm autem veritas creata multis accidentium tenebris sit circumuoluta, oportebit hominem, si volet simplicem veritatis contemplationem assequi, quodam artificio hanc simplicitatem, illa tenebrosa, atque multiplici caligine liberare, & se cernere entia à nō entibus, substantiam ab accidentibus, formam ab inconstanti & indiuiduante materia, & ex multis efficere vnum & indiuiduum.
- V. Id vt certò & facilè efficiat, oportet, vt primùm ediscat canones & præcepta Logicæ, post Dialecticæ, tum Demonstratiuæ artis regulas, tandem Sophisticæ decipulas vt exploratas habeat.
- VI. Logica est ars, quæ versatur circa sermonem, docens nos formare syllogismum non contractum ad materiam, subministrans regulas & præcepta, de vocibus simplicibus, de propositione, de syllogismo, de definitionibus, diuisionibus, consequentijs, &c. De-

Demonstrandi ars est ratio formandi syllogismum contractum ad materiam necessariam, in quo proprietas de subiecto demonstratur, vero & necessario medio, ut in hominis mente gignatur scientia.

VII.

Dialectica, ratio est, & methodus disputandi, seu differendi, de quocunque proposito problemate, in utramque partem. Huius argumentatio est syllogismus, ex probabilibus constans.

VIII.

Finis est syllogismi Dialectici, in hominis mente gignere opinionem veram, quo accessus fiat ad scientiam, quæ per demonstrationem efficitur. Nam scientia sine præhabita opinione, vera non potest haberi.

IX.

Hoc disputandi artificium, hoc est, Dialecticam, copiosè & quantum satis est, in octo libris Topicorum comprehendit Aristoteles.

X.

Instruit autem, non tantum opponentem, sed etiam respondentem, regulis & observationibus ad hanc differendi rationem necessarijs.

XI.

Præmittit prius, quid sit syllogismus, & quæ, quòtve sint syllogismorum differentia.

XII.

Est igitur syllogismus, oratio *a*, in qua positis quibusdā *b*, aliud aliquid *c*, à positis ex necessitate *d*, efficitur, per ea, quæ posita sunt. Syllogismorum autem, alius est Demonstratiuus, alius Dialecticus, alius Sophisticus.

XIII.

^a Logica
connexio.
^b Duabus
proposi-
tionibus.

^c Conclusio. Dicit aliud, propter syllogismos friuolos, qui fiunt ex vno termino, vel ex duobus. ex vno quidem, ut: omne *a* est *a*, omne *a* est *a*. Ergo omne *a* est *a*. Ex duobus, ut: omne *a* est *a*, omne *b* est *a*, Igitur omne *b* est *a*.

^d Ad differentiam syllogismorum, in quibus conceduntur propositiones, & tamen conclusio non necessariò ab illis concessis sequitur, cum dari possint termini, in quibus contraria & contradictoria inferuntur.

H Syllo-

APHORISMI.

XIII. Syllogismus demonstratiuus est scientialis, qui in nobis generat scientiam. Demonstratio verò est, quando ex veris & primis (a) syllogismus fuerit, aut certè ex talib. b quæ per aliqua prima & vera eius, quæ circa ipsa est, suæ cognitionis principiū sumserunt.

a Id est, ex propositionibus, quæ sunt prima & vera.

b aut mediata quidem, sed per alias immediatas demonstrabiles.

XV. Dialecticus est syllogismus, qui ex probabilibus est collectus, vel cum ratiocinamur ex probabilibus.

συλλογισμός

ζόμενος.

XVI.

Sunt autem vera & prima, c quæ non per alia, d sed per se fidem e habent.

c Hoc est, primò veræ propositiones, & scientifica principia.

d Non per alias priores propositiones, vel per alia media, vel principia, non sunt principiata, sed ipsa sunt principia. huiusmodi sunt suppositiones, petitiones, & dignitates.

e Certitudinem.

XVII. Nam in ἐπιστημονικῶς principijs, non oportet inquirere, propter quid, id est, causam & medium, sed vnumquodque principium oportet, vt habeat fidem per se.

XVIII. Probabilia sunt, quæ videntur omnibus, aut plurimis, aut sapientibus, & his vel omnibus, vel plurimis, vel maximè notis & probatis: quorum sapientia, & eruditio est spectata & celebris, qui pollent autoritate.

ἐνδοξά.

¶

¶ Probabilia sunt, quæ virtus opinatrix, accipit ex sensibus exterioribus.

XIX. Contentiosus syllogismus est ex ijs, quæ videntur probabilia, non sunt autem. Et qui ex probabilibus quidē, aut ex ijs, quæ videntur probabilia: est apparens.

ἐριστικός.

φαινό-

μενος.

Duplicem syllogismum litigiosum facit. Eum, qui constet ex probabilibus, quæ videntur prima facie esse, non autem sunt, si retè introspexeris: Alterum, qui quidem ex probabilibus conficitur, sed est apparens, non verus syllogismus, quo ad formam. Vt enim homo mortuus non est homo, sed cadaver: ita & syllogismus, qui peccet quo ad formam, non est syllogismus, sed apparet tantum syllogismus.

Est

Est & syllogismus, qui dicitur pseudographus. Hic XX.
 ex ijs constat, quæ sunt alicuius quidem scientiæ pe-
 culiaria & propria principia, sed vel sunt falsò accepta,
 vel diminutè sumta, ut in Geometria contingere solet, & in
 huic cognatis, qualis est Arithmetica, & Musica, & Optice vel
 perspectiua, & mechanica.

Ut Sophisticus pugnat cum Dialectico: ita & pseu- XXI.
 dographus pugnat cum Demonstratiuo. Sophisticus
 enim fit ex apparenter probabilibus communibus principijs, quæ
 tamen non sunt probabilia. At pseudographus habet quidem pro-
 pria principia: at falsa, vel diminuta.

CAPVT II.

Utilis est Dialectica ad tria: Ad exercitatiões: Ad col- XXII.
 loquia: Ad eas, quæ secundum Philosophiam sunt, Utilitas
Dialecticæ.
 disciplinas. Quartam deinde adijcit Aristoteles. In hac enim
 parte non obscure Dialecticam (ex sententia Platonis) cum pri-
 ma Philosophia comparat, qua quidem parte Philosophiæ, o-
 mnium artium & disciplinarum principia prima, & communia
 stabiliuntur.

CAPVT III.

DE forma syllogismi Dialectici, non est opus hoc in XXIII.
 libro, ut multis agamus: cum sit in prioribus Ana-
 lyticis fusissimè, ea de re actum. Sed de materia viden-
 dum est diligenter. Ut igitur ex terminis propositio-
 nes fiunt, ita & ex propositionibus componuntur syl-
 logismi. Dialecticus verò ex propositionibus proba-
 bilibus. Igitur ea, ex quibus fiunt orationes, & syllo-
 gismi Dialectici, & ea, de quibus fiunt orationes, & syl-
 logismi

H ij

logismi

APHORISMI

- logismi Dialectici, sunt æqualia numero, cùm sint in numero quaternario: & sunt eadem quo ad substantiam. Ex quibus fit, dicuntur propositiones: de quibus autem, problemata. Orationes autem significant ipsas disputationes. *Syllogismi sunt argumenta, quibus utimur in disputationibus, ut instrumentis.*
- XXIII.** Omnis propositio, & omne problema, aut proprium, aut genus, aut accidens indicat. *Differentia, cùm sit generalis, cum genere erit ordinanda. Si specifica, cum specie ponetur.*
- XXV.** Propriorum aliud quidẽ, quod, quid erat esse significat, aliud autem significat accidens, quod inseparabile est, & conuertitur cum ipso, cuius est proprium. Illud dicitur terminus, vel definitio: hoc verò proprium. Hinc constituuntur quatuor problematum genera, & quatuor prædicata, quæ de specie prædicantur. *Hoc probat Aristoteles inductione. At Alexander probat hac sufficientia: Quodcunque de subiecto dicitur, vel in subiecti substantia inest, vel non: si inest, aut inest ut genus, vel ut definitio: Si non inest, vel est proprium, vel accidens. Igitur, &c.*
- XXVI.** Differunt autem propositio & problema. Nam quoad rem subiectam, & substantiam, conueniunt, sed pronuntiatione, & quodã habitu differunt, ut in textu *Aristotelis facile videtur.*

CAPVT IIII.

- XXVII.** Terminus est oratio, quid erat esse significans.
- XXVIII.** Assignatur autem Definitio, non vno modo. Assignatur enim aut oratio pro nomine: aut oratio pro oratione. Nã pro homine, assignatur animal rationale. Et pro animali rationali, assignatur alia oratio, ut,
sub-

substantia animata, rationis capax. Quædam etiã, quæ oratione significantur, contingit definiri, vt ea, quæ sunt anonyma, describuntur circumlocutione, quæ postea definiuntur, vt sunt, *animal gressibile, animal volatile, animal aquaticum*. Auerroës trifariam dicit hoc accidere:

1. Cùm oratio ponitur pro nomine, vt, *Ecclipsis, quæ fit in Luna, huius hæc est definitio, quòd sit luminis priuatio, obiecta terra.*
2. Cùm oratio ponitur pro descriptione, vt: *Receptiuum scientiæ est animal rationale.*
3. Cùm oratio ponitur pro definitione, vt: *Ebullitio sanguinis circa cor, est appetitio vindictæ, propter contemptum.*

Pronunciamus definitionem de definitione sæpenu merò, cùm id, quod definitur, diuersas habet finitiones, ex diuersis causis constitutas. *Hæc ex Auerroë.*

Nomine vnico nõ potest cõmodè & rectè assignari definitio, cùm definitio sit oratio quædam. Refertur tamẽ ad annexum definitionis. Est autem, cùm quaeritur, vtrũ hoc sit idem cum illo, necnè? vtrũ idem sit continentia & temperantia? vtrũ idem sit iustitia & remissio peccatorum.

Potesẽ tamẽ etiam definitio, quæ cõstituitur ex pluribus vocibus, vna voce exprimi. Actũ quidem vna vox est, sed potentia plures.

Proprium est, quod non indicat, quid est esse, soli autem inest, & conuersim prædicatur de re, vt: *Hominis proprium est, esse receptiuum Grammatices, semper hæc retro prædicando commeant. Et fiunt ex his consequentiæ conuertibiles.*

Proprium non est, quod & alij contingit inesse, vt: *Dormire homini non est proprium, sed omni animali. Neque etiam, si aliquanto tempore inest soli, nisi limitetur ipsa ratio proprietatis. Dicitur enim proprium non simpliciter, sed aliquando, vel ad aliquid.*

XXIX.

Aliud est interpretatio: aliud definitio. lib. 7.

De eodẽ & diuerso spectat ad eandem methodum, de definitione.

XXX.

1. Simpliciter propriũ
 2. Aliquando.
- Alicuius respectu propriũ.

APHORISMI.

- XXXI. Genus est, quod de pluribus, & differentibus specie, in eo, quod quid est, prædicatur.
- XXXII. Accidens est, quod nihil est horum: ei autem conuenit. Et quod contingit inesse cuiuis, vni, & eidem, & non inesse.
- XXXIII. Annectuntur accidenti, & quæ ad se inuicem comparantur, & dicuntur accidentia comparata.
- XXXIII. Hæc prædicata per locos ostenduntur, subiecto vel inesse, vel nõ inesse. Hinc loci cõstructiui & destructiui. Loci de accidente simplici habentur secundo libro: Loci de accidente comparato complexus est Aristoteles lib. 3. Loci autem de genere, quarto: Quinto, locos de proprio: Sexto, de definitione: De eodem & diuerso, loci habentur septimo libro, qui liber appendix est libri sexti.

CAPVT V.

- XXXV. **Q**Vibus locis, prædicata tria, vtpote, Accidens, Genus, & Proprium destruuntur, iisdem & definitio quandoq; destruitur. At nõ cõtrà, ita vt definitio quodammodo videatur esse annexū, vel appendix cæterorum.
- XXXVI. **C**orrectio Aristotelis! Non tamẽ vna in omnibus est & vniuersalis methodus ponenda. Et, si esset, tamen non facilè inueniretur. Non debemus igitur hæc omnia problematū genera, ad definitionem reducere, sed singula seorsum, vel destruere, vel construere, cùm cõmunes loci, aut nõ sint, aut certè perobscuri. Nam tametsi destructis, Genere, Proprio & Accidẽte, etiam iisdem locis destruaturs definitio, non tamen hæc retro cõmeat ratio, vt suũperis diximus. Neq; etiam constructis, genere, proprio, vel accidente, statim iisdem locis construitur definitio, Igitur seorsim erunt ponendi loci definitionis.

Quin-

Quinetiam, neque simpliciter destructo accidente destruitur & definitio. Nam si probaueris, prædicatum inesse subiecto, ita vt ab eo separari nequeat, destrues quidem accidens, at non definitionem. Sic etiam si probaueris, prædicatum inesse quidem in subiecti substantia, nõ tamẽ prædicari de pluribus in eo, quod quid est: destrues quidem genus, at non statim etiam definitionem. Ita & qui construxerit, prædicatum inesse subiecto conuersim, & denotare, quid erat esse rei, proprium quidem destruxit, at non definitionem. Igitur non simpliciter propositio illa, vera est, sed secundum.

Quædam igitur destruunt accidens, & destruunt simul definitionem: & quædam destruunt accidens, & construunt, vel proprium, vel definitionem, vel genus.

Quædam destruunt genus, & destruunt definitionem: & quædam destruunt genus & construunt definitionem.

Quædam destruunt proprium, & destruunt simul definitionem: & quædam destruunt proprium, & construunt definitionem.

Hinc videmus, quàm ineptè, ne dicam confuse & perturbato ordine, & admodum perniciosè hætenus tradita sit generalis topica, à recentioribus Dialecticis, qui Ciceronis topicen imitari maluerunt Rhetoricam, quàm attentius versari in vera Aristotelea, & Peripatetica Dialectica, qua pariens veram opinionem de rebus, ad rerum solidam scientiam & demonstrationem quasi manuducit, vt postea patebit.

CAPVT VI.

TRibus modis dicitur Idem, Numero, Specie, Gene.

τε: ἄριθμῶ, εἶδη, γένη.

Numero

XXXVII.
Quot modis idem dicitur.

APHORISMI

Est etiam
Idem quid-
dam, mate-
ria, & ana-
logia, ut an-
notat Ale-
xander.

NOTA.

Numero: quorum nomina plura, res vna.
Specie: quæ cum sint plura, at differentia secundum speciem.

Genere: quæcunque sub eodem genere comprehenduntur.

Idem tripliciter dicitur: numero vnum, propriissime & primo, ut nomine vel definitione. 2. proprio. 3. aliquo accidente, vel propria circumstantia, vel signo.

XXXVIII.

Cum sit oppositorum eadem disciplina, quot modis dicitur idem, totidem dicitur etiam diuersum. Quæ autem sunt idem numero, sunt etiam idem specie, atque insuper idem genere. Quæ verò sunt diuersa genere, sunt diuersa specie, nec non numero. Quæ sunt idem specie, sunt etiam idem genere: at non opus est, ut sint idem numero. E conuerso, quæ specie sunt diuersa, sunt diuersa numero, non verò necesse est esse genere diuersa. Quæ sunt idem genere, non opus est, ut sint idem specie, & idem numero. Quæ sunt diuersa numero, non est necesse, ut sint diuersa specie, aut genere.

CAPVT VII.

XXIX. Sufficientia quatuor prædicatorum sumatur hoc syllogismo. Quæ prædicantur, aut conuersim, aut non conuersim prædicantur. Quæ conuersim, aut significant, quid est esse, aut quale: Si quid, erit definitio: si quale, erit proprium. Si verò non conuersim, aut erit pars essentia, aut non pars essentia. Si pars essentia, erit genus, vel, quæ sub hoc comprehenditur, differentia. Si non erit pars essentia, Ergo erit accidens. Sic formetur syllogismus:

Omne, quod conuersim, aut non conuersim prædicatur, vel ut definitio, vel ut genus, vel ut proprium, vel ut accidens prædicatur.

Omne

JIVXX
non totum
liberum

Omne, quod de aliquo prædicatur, vel conuersim de eo prædicatur, vel non conuersim.

Ergo omne, quod de aliquo prædicatur, vel vt definitio, vel vt genus, vel vt proprium, vel vt accidens prædicatur.

Ista quatuor prædicata, semper erunt in aliquo genere rerum, vt, vel in substantia, vel in quantitate, vel in qualitate, vel in ea categoria, quæ dicitur ad aliquid, vel in alia quapiã. XL.

Ipsam verò quid est, quod nomine τῆς οὐσίας ambiguo exprimitur, nō solum in substantiæ est categoria, sed etiam in aliis generibus. Nam non tantum substantia, sed etiam accidentia definiuntur genere & differentia, & non ex additione subiecti tantum: hæc verò definitio dicitur οὐσία, substantia. XLI.

In prædicatione essentiali, in quo prædicamento est subiectum, in eo erit & prædicatum. Sic fiat iudicium ex utroque. Si verò non fiat prædicatio essentialis, tum fiat iudicium ex prædicato, non verò ex subiecto. XLII.

CAPVT VIII.

Ex his prædicatis fit propositio Dialectica, & problema Dialecticum. Non enim est omnis propositio Dialectica, neque omne problema dialecticum. XLIII.

Est igitur propositio Dialectica, interrogatio probabilis, aut omnibus, aut plurimis, aut sapientibus, & his vel omnibus, vel plurimis, vel maximè iis, quorum spectata & perspecta est sapientia, & non inopinabilis. μή παράδοξον. XLIII.

Sunt Dialecticæ propositiones etiam ea, quæ probabilibus sunt similia, Propter similitudinem, vel analogiam. XLV.

Sed etiam contraria iis, quæ videntur esse probabi-

APHORISMI

lia, secundum contradictionem enuntiata. Etiam ea, quæ sunt contraria, è contrario protensa, ex parte subiecti & prædicati, ut: si probabile est, virtutem felicem reddere, erit & probabile, vitium infelicitatem gignere. Si probabile est, amicis benefaciendū esse, erit & probabile, inimicis malefaciendum.

Etiam quæcunque sunt opiniones, secundum artes inuictæ, ut: si probabile est, amicis benefaciendum, erit & probabile, amicis non malè faciendum.

CAPVT IX.

XLVI. Problema Dialecticum est theorema, (vel quæstio) aut ad expetendum & fugiendum, aut ad veritatem & scientiam, pertinens: idque vel perse, vel quod adiumentum afferat, ad aliquid aliud, quod horum altero genere complectitur. De quo quidem theoremate, aut neutram in partem, aut contrà plerique quàm sapientes sentiunt, aut contrà sapientes quàm plerique, aut vtrique ipsi secum discordant, quorum sunt contrarij syllogismi, vel contrariæ rationes, qualis est hæc, *Verum voluptas bona est, an non.*

XLVII. Thesis, vel positio, est opinio, vel sententia (ὑπόληψις) admirabilis, contràque opinionem omnium, alicuius eorum, quorum in Philosophia illustris est & peruagata fama. ut, *Non posse contradicere, est Antisthenis: Omnia moueri, Heracliti. Omnia esse vnum, Melissi: Zenonis, quòd nihil moueatur.*

XLVIII. Est & thesis, quæ de iis rebus est, quæ, cùm sint contra opinionem, tamen ratione aliqua posse defendi & confirmari videtur, etsi nō habent insignem aliquem autorem, ut: *Non omne quod est, vel factum est, vel æternum est.*

XLIX. Omnis thesis, problema est, at nō omne problema, thesis. Sunt quædam quæstiones, de quibus neutram in partem sunt opiniones.

Cap.

Eodem modo etiam potest fieri diuisio propositi-
onum.

CAPVT X.

Vt in disputationibus, aut Inductione, aut Syllogismo. *Est igitur Syllogismus veluti instrumentum conuincendi aduersarium. Igitur paranda erit syllogismorum copia.* L.

CAPVT XI.

Quatuor sunt instrumenta, quibus magnam nobis copiam syllogismorum & argumentorum comparare possimus. LI.

De ratione parandae copiae syllogismorum, quae quidem ratio est instrumentum: at ipsae propositiones sunt materia.

- I. Sumtio propositionum.
- II. Distinctio, quot quidque modis sumatur.
- III. Differentiarum inuentio.
- IIII. Similitudinis consideratio.

Hæc tria quodammodo ad primum reducuntur.

CAPVT XII.

Disputaturo utilissima erit sylua propositionum, ex quarum sumtione fient syllogismi. Colligat ergo propositiones ratione definitionis τὸ ἐν δόξει. Colligantur sententiæ, quæ omnium votis approbantur. LI I.

Quomodo sumantur propositiones.

- Item, quæ plurimorum.
- Et, quæ sapientum.
- Et, quæ omnibus sapientibus placent.
- Et, quæ plurimis.
- Et, quæ iis, qui autoritate cæteris præferuntur.
- Et, quæ probabilibus sunt similes.
- Et, contrariæ iis, quæ videntur probabiles, secundum contradictionem.
- Et, propositiones secundum artes adiunctæ.

APHORISMI

Pro initio, & thesi, sunt assumendæ propositiones, quæ in omnibus, vel certè in plurimis rebus, ita se habere, videntur. Et adnotandæ sunt ex scriptoribus, & veteribus disputationibus, sententiæ, & opiniones: nõ quidem in eum finem, vt veritatem plenè confirmemus, sed vt ad veritatem inuestigandam sint adminicula, vel occasiones. Maximè verò in sacra Theologia hoc cauendum erit, ne veteribus, vel vetustati, etiam magno consensu animorum conspiranti credamus, nisi id medio sufficienti, id est, testimonio verbi Dei confirmatum sit ab illis, vel quod opinati sunt, à nobis confirmari queat. *Contra eos, qui vetustate subnixi, veritati permultum detrahunt. Et faciendæ sunt descriptiones in vnoquoque genere, supponentes seorsim, auspiciati ab ipso quid est.*

LIII. Tria sunt genera, in quibus disputationes consueuimus instituere. 1. Ad vitam & mores. 2. Ad naturæ obscuritatem. *Sub hac, Mathematica comprehenditur.* 3. Ad Logicam. *De his Philosophus secundum veritatem, & Dialecticus secundum opinionem.* His adiicitur quartum genus, scilicet Theologia.

LIIII. Sumendæ sunt maximè vniuersales propositiones, & postea in multas sunt distribuendæ particulares.

CAPVT XIII.

LV. *De distinctione multiplici* PLurimum affert vtilitatis, æquiocationis distinctio in disputationibus, ne ab aduersario fallamur, neue ipsi decipiamur æquiuoci ignorantia, deinde alios quoq; nos contingat fallere. Prima igitur sit animaduersionis, an aliquid insit, vel in subiecto, vel in prædicato, vel in iis, quæ ad probandum, assumuntur, quod sit æquiuocum. *ἢ ἡ πολλαπλασιαστικὴ ἐπιπέριξις*

Proxima

Proxima cura est, eam, ubi deprehenderimus, notare, & notatam explicare, addita ratione. Igitur explicandæ erunt æquivoci rationes, & significandi varietas.

LVI.

^q Ut bonum per se, virtus: non per se, sed boni effectuum, ut *εὐεχτικὸν*.

^a Si deprehendere volumus, nū propositum, de quo disputamus, sit multiplex, necne, considerandum erit istius propositi contrarium. ^b Tum, si contrarium est multiplex, erit & propositum.

LVII.

Primus locus.

^q Loci, unde deprehendimus aliquid esse ambiguum vel multiplex.

^a Cognitio multiplicis per suum oppositum.

^b Oppositio prima, de contrariis.

† Quædam ambiguitas, se statim nominis diuersitate prodit in contrario, quædam non nomine, sed tantum ratione.

LVIII.

† De contrariis, quæ eadem voce & ratione simul contraria sunt.

Quicquid ex altera parte habet contrarium, ex altera non, id erit multiplex, & ambiguum.

LIX.

Secundus locus.

Erit etiam respiciendum ad media contrariorum.

LX.

Hic erunt tres considerationes.

I. Si vox habeatur, quæ secundum vnam partem significationis, habeat quidem medium, nō item secundum partem alterius, tum erit ambigua vox.

In 58. & 60.

locis deprehenditur, alterius tantum ambiguitas.

II. Si verò contraria habeant quidem medium secundum quælibet significata, non sit verò idem medium, sed diuersum, tum vtraque erunt æquiuoca.

Hic verò vtriusque contrarij.

III. Si sint contraria aliqua, quæ modò habeant plura media, modò vnum tantum, eadem erunt multiplicia & æquiuoca.

Si alterum contradictoriè oppositorū fuerit æquivocum, tunc & alterum erit.

LXI.

I 3

Si

APHORISMI

LXII. Si vnum priuatiuè oppositorum sit æquiuocum, & alterum erit. Idem iudicium est de relatiuè oppositis, secundum Alexandrum.

LXIII. Si vnum conjugatorum vel casuum dicatur multipliciter, & reliquum etiam dicetur.

LXIII. Si eadem cum eisdem nominibus ponantur in diuersis prædicationibus, vel categorijs, tum sunt æquiuoca: Si sunt diuersa genera, & non subalterna: si vero subalterna sunt, tum non est necesse, vt vox illa sit ambigua. Item, non tantum ad genus: sed etiam ad contrarium generis respiciendum erit. Nam si contrarium genus multiplex est, erit & id, cuius contrarium est, multiplex.

LXV. Considerandæ definitiones, quæ assignantur de nomine composito, vt de claro colore, & de clara voce: tum auferatur ab his definitionibus id, quod proprium est: si postea animaduerterimus, reliquum in vtraque definitione diuersum esse, illud nomen erit multiplex.

etiam est, num & ipsa definitio sit ambigua.

LXVI. Si ea, quæ ab ipso nomine significantur, non sint inter se comparabilia, nomen illud erit multiplex.

Videndum est, an possint conferri ex maiore, vel ex similitudine.

LXVII. Si sit differentia, quæ sit vna quo ad nomen, ponatur autem in definitionibus plurium, non subalternatim positorum, ea differentia erit æquiuoca. Vel sic: Differentia diuersis generibus tributa, quorum generum alterum sub altero non contineatur, erit multiplex.

LXVIII. Si vnicum sit nomen, habeat autem alias atq; alias differentias, erit illud æquiuocum.

LXIX. Si ea, quæ eodem nomine significantur, alicubi sint

sint species, alicubi sint differentia, tum erit illud multiplex.

CAPVT XIII.

Sunt quærendæ differentia, aliquando inter ea, quæ sunt eiusdem generis propinqui. LXX.

De comparatione differentiarum.

Aliquando etiam inter ea, quæ sunt diuersorum generum, non tamen valde remotorum. Tertiū In-
strumentū.
LXXI.

Vt abunde nobis comparetur copia syllogismorum Dialecticorum, quærendæ sunt similitudines, primū quidem inter ea, quæ sunt diuersorum generum propinquiorum, an videlicet se habeat alterum ad alterum, vt aliud ad aliud. LXXII.

Videndum etiam, an vt alterum in alio quodam se habet, ita se habeat etiam aliud in alio. *Vt sicut se habet visus in oculo, ita & mens in anima: vt tranquillitas in mari, ita & in aëre serenitas.* LXXIII.
Considera-
tur hęc habi-
tudo vnius
ad alterū.

Etiam quærenda erit similitudo in ijs, quæ vnius generis complexu contineatur, an scilicet aliquid idem insit ipsis: si sit, tum erunt similia. LXXIII.

VTILITAS HORVM INSTRUMENTORVM.

PRIMUM Instrumentum esse vtile, per se est manifestum.

Secundi vtilitas. 1. *Distinctio ambigui, vtilis est ad perspicuitatem. positis enim æquiuocationis rationibus, propositum manifestum & explicatius fiet. de rebus dubijs, quæ sint obscuræ, non sine errore, neque sine contentionibus & rixis disputatur.*

2. *Vt evitetur logomachia, & inutile verborum certamen, sed ad rem propositam dirigantur syllogismi, non ad vocem. Sape enim continget, alterum de allijs, alterum de capis certare, nisi distinctum sit, quod proponitur.*

3. *Ne*

APHORISMI

3. *Ne decipiamur ab aduersario ambiguitate, sed potius decipiamus aduersarium. Vel ne etiam aduersarium decipiamus paralogismo.*

Tertij instrumenti utilitas. 1. *Utilis est inuentio differentiarum, ad inueniendum syllogismum de eodem, & diuerso.*
2. *Ad assignandum definitiones, quæ constant genere & differentia limitante ipsum genus.*

Quarti instrumenti utilitas. 1. *Utilis est consideratio similitudinis ad inductionem. Hæc enim fit per singularia, & cum similis est ratio in singulis, vniuersale inferimus.*

2. *Ad syllogismos ex hypothesi.*

3. *Valet ad assignandas definitiones. Simile enim plurimum ponitur quandoq; pro genere.*


4. *Etiam in multum distantibus rebus, sic facile reperietur genus.*

FINIS PRIMI LIBRI.

DE



DE DIALECTICA, QVAM INVENTIVAM VOCANT.

 Væstio est inter doctos, rectène Dialectica in Iudicatiuam & Inuentiuam diuidatur, quæ diuisio in Topicis à Cicerone, & alibi posita, à Boëtio & alijs vsurpata, in scholis diu admodum obtinuit: neq; defuerunt, qui Aristotelem eius autorem facerent. Iudicatiuam nominabant eam partem, quæ prædicabilium, prædicamentorum, enunciatorum, syllogismorumque præcepta contineret. Inuentiuam, quæ locos, hoc est, sedes argumentorum explanaret. Equidem satis constat, neque inueniri sine iudicio, neq; iudicari, quod inuentum nõ sit, posse: sed Dialectico ea velle arrogare, quæ nonnulli tribuunt, hominum est temerariorum, & artes suis terminis nõ includentium. Dialecticam Aristoteles propriè vocat, rationem probabiliter, de qua uis re Logicis argumentis disputandi, etiam in vtramque partem: estq; eam artem profecutus, octo Topicorum libris, quorum appendicem voluit esse sophisticos Elenchos. Verùm nihil ibi est istius, quam vulgò vocant, Inuentiuæ Dialecticæ. Inuentio ab Aristotele, delectus propositionũ appellatur, quas non in Dialectica, quam vocant, tequerere, sed in singulis æquè artibus consecrari, indeq; depromere oporteat, vt siue proprijs, siue ad demonstrationem ac scientiam pertinentibus, siue communibus, & ad probabilitatem opinionis tantum conducentibus argumentis vtendum sit, quasi materiatus & instructus sis. Sunt enim duo genera disputandi, sophistico excluso, vt plurimis locis Aristoteles docet:

K Alterum

Alterū ex proprijs artiū, ac scientiarū principijs, quod
demonstratione finitur, & ab Aristotele ad veritatem
cōparatum, πρὸς ἀλήθειαν, secundū philosophiam, ac di-
dascalicū appellatur: alterum quod communib. & per
oēs materias diffusis rationibus vtitur, quod Dialecti-
cum & Logicū idem nominat, & ad opinionē dunta-
xat, siue veram, siue veri similem perducens. Vtriusque
rationes Aristoteles tradidit, & quidem exactè: prioris
in Analyticis posteriorib. posterioris in Topicis. Priora
enim Analytica, & qui præcedunt libri de Interpreta-
tione, ac Categoriæ, & institutio etiam Porphiri; vtri-
que parti inseruiunt. Interim tamē inutile nō est, bre-
uibus præceptis cōplecti, quo pacto argumenta, ab at-
tributis rerū ducantur. Atq; hoc loco in primis tenen-
dū est discrimen illud argumentorū, cuius mentionē
paulò antè fecimus. Quædam enim attributa per se,
cum subiecto cōuertuntur, quædam per accidens. Per
se, vt definitio vera, eiusq; partes, itē propria, & quæ A-
ristoteles per se accidentia appellat: cætera omnia per
accidens. Huc accedit aliud discrimen, perinde obser-
uandū, quòd prædicata alia subiectis latius patent, et-
iam si de ijs per se prædicentur: alia subiecto prorsus
sunt adstricta, cumq; eo reciprocāt, siue vt vulgò loqui-
mur, cōuertuntur: quod genus sunt, definitio & pro-
pria, suoq; etiā modo, ea, quæ per se accidentia dici mo-
nuimus. Per se accidentia (explicandum. n. hoc nobis
est, cum ob immensam vtilitatē, tū quia vulgò, vt opti-
ma quæq; negligitur) ea dicuntur, quæ & vnum habent
propriū subiectū, & id non definiunt, verū eo defi-
niuntur, suntq; duo contraria, quorum alterū in sub-
iecto omnino esse oportet: Verbi gratia, par & impar,
per

per se accidentia numeri dicuntur, quia aliud subiectum, quàm numerum, propriè nullum habent. Deinde absq; hoc subiecto, ne cogitari quidem, ne dum definirì possunt: sed quid par sit, interrogatus, respondebis cum Aristotele, esse numerum (en subiectum ad definitionem sui accidentis adhibitum) qui careat medio: quid impar? numerus habens medium. Numerum verò vt definias, nihil opus est paris vel imparis mentione. est enim numerus, multitudo ex vnitatibus collecta. Porro autè numerus nullus est, qui nō sit par vel impar. nam in fragmentis etiam, siue minutis numerus partium certarum alicuius totius exponitur, vtiq; par vel impar. Sic masculum & femellum, de perfectis animalibus, & coitu procreantibus dicuntur: sic sanum & ægrotum, de animato corpore: sic declinabile & indeclinabile, de vocabulo, seu parte orationis: sic verum & falsum, de enunciato: sic rectum & curuum, de linea: sic in motu esse, aut in quiete esse, de corpore naturali. Hæc enim omnia suis subiectis adstricta sunt, neque nisi propter illa, vlla alia de re dicuntur, (Itaque Aristoteles ea primò & vniuersè suis subiectis tribui autor est) neque ambo abesse possunt à subiecto suo, & eo necesse habent, vt definiantur. Ad hanc classem pertinent etiam proprietates ἰδία τῶν, quæ de subiectis demonstrantur, vt verbi gratia, quòd semidiameter circuli sextam ipsius partem subtendit, hoc est, latus est inscribendi Hexagoni regularis. Item, quòd omnis quadratus numerus constat in paribus, ab vnitatem ordine procedentibus aliquot numeris.

DEFINITIO.

Quid sit definitio, cuius rei, utque à definitione argumenta ducantur, paucis est explicandum. Est autem definitio, oratio, quæ quid res sit, declarat. Definiuntur propriè res, siue earum animo conceptæ notiones. nam quæ vocabulorum definitiones, vulgò nominantur, Grammaticorum potius sunt, quàm Logici, quod idem de alijs omnibus definiendi generibus intelligendum, quæ veræ definitionis locum non implent. Vera proinde definitio individuum nulla est, cum eiusdem speciei individua, non natura, sed accidentibus distinguantur. Quicquid verè definitur, ut species definitur: sunt quæ veræ definitionis partes duæ: genus, quod speciem definiendam cõtinet, & quid ea sit, hoc est, quæ eius natura sit, explicat: tum differentia, quæ istam speciem ab alijs, sub eodem genere contentis, discernit, & suis quasi cancellis includit. In definitionibus aut veris, proximum speciei genus, & veram ac propriam differentiam adhiberi oportere memineris. vbi autem veræ differentiæ defunt; vel propria, vel præcipua, & cum alijs speciebus non communia accidentia eam farciunt. Exemplorum in ipso organo Aristotelis abunde est. Oportet omnino veram definitionem cum definito conuerti & reciprocari: itaque esse factam, ut neque quidquam, præter definitum, contineat, & definitum plenè exprimat, hoc est, neque amplior sit eo, neque arctior. unde facile patet, posita definitione, poni definitum: sublata, tolli, ac vicissim.

PRO.

PROPRIVM.

EAdem lege à proprio etiam (quod quidem verè sit proprium) argumenta ducuntur. nam & ipsum cum suo subiecto reciprocatur. Nam à reliquis, quæ vel non soli, vel non omni, vel non semper tribuuntur, reciprocatio ista abest. verbi gratia, loquendi facultate præditum esse, verè proprium est hominis. nam & omni & soli tribuitur homini, & semper, etiã cum illa facultas procul adhuc ab actu abest. Itaque hæc sequuntur: homo est, ergo facultate sermonis præditus: facultate sermonis præditus, ergo homo: Non homo, ergo facultate loquendi non præditus: facultate sermonis non præditus, ergo non homo. Sed quæ omni, non soli tribuuntur, posito subiecto, ponuntur ipsa, non contra: & negatione sui, subiectum negant, haud etiam vicissim. nam si homo est, bipes est: non item, si bipes, statim homo: & si non bipes, ne homo quidem: nequam verò non bipes, ideo, quia non homo. At quæ soli, non item omni tribuuntur, posita, subiectum ponunt, sublata non tollunt. tolluntur autem negato subiecto, posito non ponuntur. verbi gratia, Philosophus est, ergo homo: & homo nō est, ergo ne Philosophus quidem: sed neque si hominē affirmes, ideo Philosophū esse sequetur, neq; si Philosophum esse neges, ideo homo non erit. Eorum, quæ non semper tribuuntur, conditio, ex sese patet, quia tēpori adstringuntur.

GENVS ET DIFFERENTIA.

Hæc duo Aristoteles in topicis coniungit. quāquam enim quibus tribuuntur, illis primo modo per se tribuuntur: tamen seorsim tributa latiùs subiectis patere possunt. potest enim esse differentia, quæ diuersis

generibus diuidendis adhibeatur : verbi gratia, differentia est inter habitus, quòd alij animæ, alij corporis sunt, sed hoc discrimen etiam in 2. & 3. classe qualitatis locum habet. Figura rectangulo, & non rectangulo diuiduntur, atque sic etiam corpora. Caterùm in differentiis, rarius hoc est, & plerunque vocabula ista sunt ambigua. Genus autem quo pacto speciei tribuatur, ex horum comparatione secundum prius & posterius rectissimè intelligitur. Est enim vtrunq; altero & prius, & posterius, sed diuerso modo. Genus specie prius dicitur, quòd quauis specie posita, ipsum ponitur, qui est secundus modus apud Aristotelem, in post-prædica. cap. de prior. Siue enim hominè, siue equum, siue piscem, aut quidquid est reliquarum specierum, dixeris, statim animal dixeris, cùm animal sit genus istarum omnium, quarum vnaquaque posita, vel etiam indiuiduo, eius genus poni necesse est. Ordine autem cognitionis, vt species indiuiduo, ita genus speciei etiam succedit, atque hoc modo genus specie posterius dicitur. Porro tenendum hoc est, genus & speciem, cùm sint relatiua, rectè etiam dici simul esse. neque enim species vlla est, quæ non sit alicuius generis species: & genus nullum est, quod nullam sub se speciem habeat, vnde fit, vt & quauis (sicut docuimus) posita, ponatur omnino genus: & vicissim posito genere, vtiq; aliqua, nõ tamen quæuis, ponatur species. Atq; hoc est, quod Aristoteles genus aut nihil esse, aut specie posterius dicit 1. de anima, cap. 1. Nam posito, quantitatem esse, non illico necesse est magnitudinem esse, neque statim sequitur multitudinè esse, sed alterum horum esse oportet: & si quid dicatur esse qualitas, vt non sequi-

quiritur, id est habitus, tamen necesse est, ut in aliqua qualitatatum specie comprehendatur. Itaque ergo ut posita quavis specie, genus necessariò ponitur: ita genere posito, non quavis quidem, aliqua tamen omnino ponitur species. Nam cum genus de omnibus suis speciebus dicatur, singulis autem latius pateat, ratio dictorum constat. Atque hinc etiam liquet, negata quavis specie, genus minimè negari: negato autem genere, omnes ac singulas species negari. Non enim, si iustitia non est, ideo virtus non est, cum possit esse vel fortitudo, vel temperantia, vel aliud aliquid, quod venit in censum virtutum. At si neges esse Qualitatem aliquid: illico illud ab omnibus eius speciebus exclusis.

SPECIES.

EX Analogia nullo negotio intelligi potest hic locus.

Nam sicut genus ad speciem se habet, ita species ad individuum, & vicissim. Posito ergo quouis individuo, ponitur species: & negatis omnibus individuis, nulla erit species. Contrà, posita specie, aliquod, non quoduis tamen ponitur individuum: negata autem specie, frustra de vilo eius individuo cogitatur. Aristoteles in topicis, speciem cum definitione (quæ eius est propria) iunxit. Nos eius cum genere & individuo relationē paucis sumus complexi. Ab individuo autem propriè nulla duci argumenta, per se evidens est, cum prædicari non possit. Nam quod de exemplis, pro argumento usurpandis, & de expositione dicitur, suo loco explicatum est.

ACCIDENS.

DE discrimine Accidentium suprà monuimus. Do-
cent

cent autem Plato & Aristoteles Sophistas inhære ac-
cidentibus, & sub iis, tanquam Orci galea delitescere,
dum insidias struunt veritati: ideóque eos versari $\pi\delta\iota$
 $\tau\omicron$ $\mu\eta\delta\omicron\mu$, circa id quod non est, siue non ens, ab iisdem
rectissimè dicitur. Re enim vera, accidentia ea,
quæ communia sunt, & nihil aliud, quàm accidentia,
minimè omnium id sunt, quod res ipsa est, cui insunt.
Atque hoc videmus etiam impostores facere, qui vi-
tiosas merces & metalla & nomismata pro veris obtru-
dunt, quorū illa accidentia mētiuntur. Atq; hoc loco
diligenter attendendum est, ipsa illa, quæ Porphyrius
vocat inseparabilia accidentia, qualia sunt, durities la-
pidis, albedo niuis, nigredo carbonis, & alia horum si-
milia, tamen esse accidentia. Neque probare possum
eorum simplicitatem, qui, quòd imaginatione ista se-
cerni tamen possint, ideo accidentia esse tradunt, cū
imaginandi nullus sit finis, & vt, coruum album, ita ho-
minem etiam tripedem, aut piscem loquentem ima-
ginari possis. Enim uerò ideò accidentia sunt, quòd,
quamuis omni & semper tribuantur subiecto, tamen
soli non tribuuntur: neque cum eo conuertuntur,
quia etiā in alijs subiectis reperiantur. vt enim durities
omni quidem lapidi & semper insit, tamen accidens
est, vt cunque inseparabile, quia & in ferro, & in osse, &
in ligno, & alijs permultis in rebus inest. Ex quo cui-
dens est, qua ratione argumenta ab his accidentibus
possint peti, quæ inseparabilia dicuntur, nimirum nega-
tiuè. nam si durum non est, lapis non est: & vicissim, à
subiecto ad accidens affirmatiuè. nam si lapis est, du-
ritiem adesse oportet. sed neque negato subiecto, id
genus accidens negatur: neque affirmato accidente,
quoduis

quoduis subiectum ponitur. Non enim, si lapis nō sit, ideo durum non est: neq; si durum sit, ideo lapis. Quod ad reliqua accidentia attinet, quæ separari à subiectis possunt, facile intelligi potest, nullas in ullam partem firmas aut necessarias, ab his peti posse ratiocinationes, cum nulla necessitate cum subiecto deuinciantur. Hoc probè consideratum, inter coniecturas & ea argumenta, quæ probabilitatem aliquam duntaxat habēt, necessitatem nullam, atque eas rationes, quæ cogunt, discrimen statuit & ostendit.

DE CAUSIS.

Obscurum non est, quin, quæ à causis ducuntur argumenta, maximi sint momenti, quando ipsæ demonstrationes, quibus scientia acquiritur, & certitudo paratur, à causis dependent, cum scire sit rem per causas cognoscere. Cæterum valde ambiguum est, & latè patet, multasque distinctiones admittit causæ vocabulum: qua in re tutissimum est, & magnopere expedit causæ & effectus relationem semper intueri, quando constat, vnum relatiuum altero explicari. Vide 6. Topicorum. Prima causarum distinctio rectè ea ponitur, vt alias dicamus per se esse causas, alias per accidens: atque hæc quidem, dicis (quod aiunt) gratia causæ, dicuntur, cum eo ipso monstretur, causas non esse, quia accidenti adscribuntur: sed tamen ita fit, vt ignoratione verarum causarum, aut etiam dissimulatione interdum falsæ causæ, pro causis habeantur. Causarum per accidens Aristoteles duo capita facit: fortunam in his, quæ instituto animi agunt homines: casum in iis, quæ naturâ & vtrò fiunt. Obseruandū autē est, causas per accidens, non negatione causarum per

L

se, sed earum ignoratione describi. Piscatores Milesij dum pisces captant, auream cortinam regi euergunt: hoc fortuito factum dicitur, quia non eo animo rete iecerant, ut tripodem, sed ut pisces eo circumuentos educerent. Casu factum dicitur, quod Polycratis annulus, quem ille in mare abiecerat, à pisce exciperetur, qui piscis fortuito deinde captus, itaque ad dominum annulus relatus, traditur. Hæc cum fortuito, aut casu facta dicimus, non in eam sententiam accipienda sunt, ac si prouidentia diuinæ aliquid derogaretur, & promiscuè sine numine, omnia cæcam fortunam versare putaremus. Verum quorum nos causæ fugiunt, ea nostri respectu fortuita appellantur. Effectuum autem, quorum respectu optimè intelligi varietatem causarum diximus, hæc est diuisio. Cum sine causa nihil fiat, eorum, quæ fiunt (effectum hoc appellant) alia ita fiunt, ut non potuerint non fieri, atque hæc absolute necessaria dicuntur, quod insolubili necessitate sint cum suis causis deuincta: verbi gratia, nobis Solem oriri & occidere quotidie, ac diem & noctem efficere, eo sensu pronunciamus, ut intelligatur, secus fieri non posse. At enim ea, in quibus ista necessitas locum non habet, non vnius sunt generis, quanquam contingentia in vniuersum, communi, sed ambiguo vocabulo nuncupentur. Quædam enim plerunque fiunt, causis positis, sicut culturam agri & vineæ plerunque sequitur messis, & vindemia: plerunque ex coniugio hominum sanorum & integra ætate, nascuntur liberi: plerunque remedia, morbis non extremis ritè adhibita, sanitatem reducunt. Alia sunt, quæ in vtramque partem paria habent momenta, ut tam non fieri, quam

quàm fieri possint, quod præcipuè in actionibus humanis usu venit. nam & ire vocatus ad cænam possum, & non ire: ac Helenam rapuit quidem Paris, sed poterat etiam non rapere: non reddidit repositenti Menelao, & vt redderet suadente Antenore, reddere quidem poterat. Denique quædam raro fiunt, itaque eueniunt, vt vel monstra habeantur, quæ aberrantibus causis naturalibus à scopo suo, vel planè ignoratis causis, casui, fortunæ ué adscribantur, de quibus dictum iam est. Facile ergo intelligi potest in isto genere effectuum, quòd necessarias habeat causas, non modò à priori ad posterius, sed etiam contrà, hoc est, tam ab effectu ad causam suam, quàm à causa ad effectum, certissima & indubitata fidei argumenta peti. Verbi gratia, in quam rem Solis radii incidunt oblique, eam necesse est umbram proiicere. radij solis, causa: umbra, effectus est. ergo horum utrumq; necessariò sequitur: incidunt radij Solis in hanc rem oblique, ergo umbram ea proiicit: & rursus, hæc res umbram proiicit, ergo exposita est radijs Solis, non supra verticem constituti. Item, necesse est, si luminaria in nodis coniungantur, ecclipsin Solis: si opponantur, Lunæ defectum fieri. posita ergo tali coniunctione, necessariò Solis defectus ponitur: & contrà, si Luna deficit, oppositionem ad nodos fieri oportet. Hoc loco etiam ea necessitas consideranda est obiter, quæ spectatur in causis, non effectuum, sed cognitionis. Nam siue ratiocinationis necessariæ ob materiam (quæ est demonstratio) siue syllogismi in vniuersum conclusionem spectes, utrobique eò res redit, vt rite

L 2



positis præmissis, necessariò consequatur conclusio, & posita conclusione, necesse sit, præmissa ea fuisse, quæ eam necessariò conficerent. At in iis, quæ plerunque fiunt, positis causis, à priore ad posterius non nisi certa conditione adiecta, argumentum cogit. Conditio autem hæc est, si causæ nullæ vel defint, vel impedian- tur, at effectu posito, causas præcessisse euincitur. si pe- perit mulier, dubium non est, quin cum viro rem ha- buerit: at si cum viro rem habuit, fac etiam concepisse, nulla necessitas est, quæ cogat nos affirmare paritu- ram, cum vel morte, vel abortu intercipi partus pos- sit. Rursus, carbo est, ergo ex ligno factus: lignū est, non sequitur, ergo erit carbo, cum vel fieri possit, vt ligno ei ignis nunquam adhibeatur, vel in cinerem lignum, non in carbonem conuertatur. Atque hæc intelli- genda sunt de his effectibus, qui certas & definitas suæ effectiōnis causas habent. eæ enim, posito effectu, po- nuntur. In his autem, quæ pluribus & diuersis causis fieri possunt, in genere, posito effectu, causa aliqua ponitur: quæ verò de multis, queritur ampliùs. nam Aristoteles ipse non vno loco docet, quædam, quæ ar- te efficiuntur, effici etiam interdum à fortuna, vel ca- su. Et multæ sunt causæ febris, ac qui febricitat, vt rectè dicas, eum non sine causa in febrim incidisse: ita non statim sequitur, eius febris causam, crapulam, (verbi gratia) fuisse, aut impuri alicuius cibi esum. Hæc admonitio ostendit, quàm necessaria sit ea, quam paulò pòst subiiciemus, causarum distinctio. Valet autem etiam in his, quæ in vtramque partem libe- ra, vel fieri, vel etiam non fieri possunt. exempli gra- tia, iniuria alicui facta sit: qui fecit, certum est, non
fecit

fecit sine causa: sed quæ ea sit, non statim liquet. alius enim cupiditate, alius ira, alius temerè ita volens, alius fortuito, alius denique coactus iniuriam alij facit. In hoc autem genere, causa posita, cum cessare illa possit, effectus non ponitur necessario, quod in quaestionibus facti, quæ in statum coniecturalem incidunt, apud Rhetores plurimum valet. Et has quoque causas impediri posse constat. Porro monstra, & quæ fortunæ, casuive imputantur effecta, cum ignoratione causarum definiantur, ut supra demonstrauimus, facile intelligitur, nullam, neutram in partem argumentandi vim ijs inherere.

DIVISIO CAUSARVM

per se.

PRIMO omnium peruulgata illa causarum distinctio, in materiam, formam, finem & efficientem, in plerisque effectis consideranda est, aut potius omnibus, quando actiones etiam, modum & rationem agendi, loco formæ habere, non ineptè dicuntur. Planè autem quicquid fit, & ex aliquo fit, & ab aliquo: cum neque ex nihilo quidquam fieri constet, & nihil seipsum efficiat, sed aliunde proficiscatur cuiusque rei effectio. Itaque & materia requiritur, & efficiens causa. Forma est, quæ (ut in scholis loquuntur) dat esse rei, hoc est, à qua effectus suum nomen obtinet, & ab alijs etiam, ex eadem materia effectis, eo nomine distinguitur. Cæterum finis, seu finalis causa istis dictis iam tribus præest, & non re vel subiecto, sed ratione à forma distinguitur, ipsamque effectioem antecedit, & hoc pacto prima est, cum ratione temporis, vltima sit, & motum effectioemque terminet: quod exemplo etiã

L 3

vul-

vulgari intelligi potest. panem statuit aliquis conficere, is finis est, propter quem & emitur frumentū, quod materiam rectè dixeris, & molitur, & pinsitur, vt tandem panis formā consecuta materia, causæ finali satis fiat, & finiatur motus atq; effectio. Itaq; Philosophi hoc genus causæ appellant, $\delta\upsilon\epsilon\upsilon\epsilon\kappa\alpha$, cuius gratia, vel propter quod & materia cōparata est, & efficiens causa agit, & finitis motib. forma effectus existit. Notandum autem hoc loco est, quod Arist. accuratè demonstravit lib. 2. Physicorum, etiā naturalibus motibus præesse causam finalē, eosq; ab hac gubernari, & regi, quantumuis natura, animo, & cogitationibus careat. Itaque veterum Philosophia, materiam tantū & efficientes causas consecutantum, de fine autem nihil prorsus mentionis facientium, nullamq; eius causæ prorsus rationem habentium, optimo iure exhibetur. rectè etiam exploditur istorum error, qui extremum effectiois quodlibet pro fine seu causa finali arriperēt: quasi verò homo propterea nascatur, aut in eum finem domus ædificetur, vt vetustate vel incendio consumatur. Est adhuc genus causarum quoddam, quod & Plato & Aristoteles, causam, sine qua non fiat effectus, nominant, vt cūm dicimus, sine labore felicitatem nō parari: absque intermedio visu nihil percipi posse. sed hoc genus causæ, interdum sub materia, interdum sub efficiente causa cēsetur. Cæterū singula causarū genera, suas habent diuisiones, quæ in rationatione plurimū adferunt momenti. Materia aliàs intelligitur remota, aliàs proximè cum effectū coniuncta: Remota, vt si panem & vinū, materiam nutrimenti dicas: propior, si succum in iecinore elaboratū: proxima,

ma, si succum similaribus partibus assimilatum. & panem fieri ex farina madefacta & subacta, qui dicit, propriorem eius materiam refert, quàm qui ex farina, aut (quæ adhuc est remotior materia) ex tritico fieri pronunciet. atque hoc discrimen maximè in Physicis & Medicis disputationibus usurpatur. quanquam enim à sola materia ad effectum ratio non valet, ideò quòd se ipsam materia non mouet: tamen proxima effectui materia, cum efficiente si iungatur, effectum producere possit. Ab effectu ad materiã ratio est necessaria, cum, quicquid fiat, ex sua materia ut fiat, necesse sit. ut enim non sequitur, Nubes est, ergo est vel erit pluuia: ita omnino oportet, si pluuia est, esse aut saltem fuisse nubem. Forma, ea causa est, quæ effectui dat nomen, ac propter quam effectus, id est, quod esse dicitur. ita enim demum res effecta dicitur, cum formam suam est consecuta. facilè itaq; animaduertes, posito effectu, formam in sua materia poni. neque alia est forma in materia sua, quàm effectus. Itaque vtrò citroq; argumenta à forma & effectu ducuntur, cum hoc tantùm intersit inter hæc, quòd forma per se consideratur, effectus etiam materiam complectitur. Notanda est hoc loco vulgata illa formarũ distinctio, quæ eadem est effectuum, qui à formis, ut diximus, nomen habent. Sunt enim aliæ formæ naturales, aliæ ab arte proficiscuntur: Naturales, ut lana, ut tritici, ut ligni: artificiales, ut panni, panis, mensæ. Hoc quoque tenendum est, definitiones rerum corporis expertium, pro earum formis haberi, ut sunt habituum animi, & motuum, & multarũ aliarũ rerũ, quæ in sensus nõ incurrunt. Quod ad causam finalem

78
attinet, quam suprà diximus, suo modo eandem esse cum formali, satis constat, posito fine (actu, non facultate) poni etiam formā & effectū, rursūq; effectū posito, finē poni, qui ratione cæteras causas præcedit, sed respectu motuum, vltimum est. Sed finium discrimina obiter annotare, operæ pretium est. Fines alij sunt vltimi, quos Aristoteles eleganti translatione ἀρχιτεκτονικόν vocat, vt est felicitas, ad quā reliqui omnes multi fines referuntur, ei que inseruiunt. Reliqui fines suis quoq; motibus aut actionibus sunt, alij que alijs subiiciuntur & ancillantur. Est & alia finium distinctio: alij enim fines, opus sunt & effectum quidpiam. huiusmodi sunt, naturæ & artium effecta: alij fines in ipso motu & actu consistunt, neq; post se aliquid relinquunt, qualis est visionis, cogitationis, considerationis. Cū actionum vel motuum fines sunt effectus vel opera, satis constat, posterius priori præstare, quando propter effectum vel opus, ipsæ actiones, ipsique motus fiunt. Maximè autem obseruandum est finium discrimen, quod ab Aristotele lib. 2. de anima, cap. 4. traditur, nimirum, finem alium esse Cuius, alium Cui, quæ distinctio, ad finium inter se comparationem est aptissima. possemus autē finem δv, perspicuitatis causa vocare finem, qui motum vel actionem: finem autem ω, qui ipsum subiectum perficit. verbi gratia, domus est finis δv, & omnes motus atque actiones ab Architecto institutæ, ideò domo absoluta perficiuntur: verūm cōmoditas inhabitandi finis est ω, cui. eū enim dominus propositum habuit, cū domum ædificandam locaret. Ita sanitas finis δv, & ω, dicitur, vtrumque verè, sed diuerso respectu. quatenus enim medici operam
sanitas

sanitas parta absoluit, finis motum perficiens, Cuius rectè dicitur: sed respectu eius, qui à medico curatur, sanitas finis est subiectum ipsum perficiens, id est, Cui. Atque hoc modo etiam felicitas, siue summum bonum apud Philosophos, vtriusq; modi finis est: Cuius, quatenus perficit omnes ad ipsam tendentes actiones humanas: Cui, quatenus ipsum hominem. Atque hoc modo Philosophiæ contemplatricis finis est cognitio, scilicet, omnem discendi conatum atque profectum absoluens: sed finis $\tilde{\omega}$, est ipsa humani animi scientiam consecuti perfectio, qua porro ad alios fines superiores contendere potest. Et Logices finis $\tilde{\delta v}$, est certa præceptorum perceptio: finis autem $\tilde{\omega}$, ipse animi habitus, iudicio veri & falsi, consentanei & non consentanei, ad omnes res instructi. Notetur etiam hoc, finem $\tilde{\omega}$, plerunque non esse partem effectus, & sub finibus $\tilde{\delta v}$, effectus, qui dicuntur opera, rectissimè censerè, quibus semper præstet finis $\tilde{\omega}$. Quo pacto autem ab hoc genere causarum, quatenus à formali distinguitur, argumenta ducantur, in ijs, quæ carènt absoluta necessitate, in promptu est iudicare. Vt enim constat, naturam, artemque nihil facere frustra, itemq; homines recta ratione præditos, nihil, nisi finis alicuius causa, agere, vt motu & actione positus, finem poni necesse videatur: ita sineposito, non statim necesse est, reliquas item causas poni. itaque argumenta à finali, ad alias causas, infirmissimas sunt, maximè, si ex ea, effectum aliquis velit concludere.

F I N I S.

HEIDELBERGAE



Excudebat Iacobus Mylius, impensis
Matthaej Harnisch.

M. D. LXXVII.











AB: 40 26
1,8

[Faint, illegible handwritten text]

ULB Halle 3
003 602 29X


Sb


[Faint, illegible text from adjacent page]



Laudemus nos in
aduersis et in prosperis. Ad
stare uos acerbissimis de
sideris. que uoluerit adu
sus uiam. Conuersa uos
in regnes hinc uos
ut in eo quod delectat
de uobis tamquam de malis
sibus ex omni opibus uos co
siderantes quifacit deum
idcirco uisita quis. **S**ubueni
estote omni humane creature

es cum auferentur
spem. et tunc rem
nt. **S**ermo autem in
Quintilianam hanc
auctorem. etiam uer
em plenitudinem
uestimento. et hoc
ura sit. uerum in
quod uerum uerum
in uerum uerum
affinitate et uerum in

...
 ...
 ...
In nomine domini Amen
 ...
 ...
 ...
Quintus ...
 ...
 ...
Offertorium
 ...
 ...



4 3

INSTITVTIONES
APHORISTICAE
LOGICES ARISTOTELIS, ITA
SCRIPTAE, VT ADOLESCENTIBVS
*proponi commodè, eorumque ad Aristotelea percipien-
da acuerè ingenium, & memoriam
iuuare possint.*

Et
RERVM MATHEMATICARVM, EA
*breuitate, eoque ordine conscriptae, vt adolescentibus utiliter expla-
nari, ab iis que edisci queant.*

Autore Guilielmo Xylandro.



HEIDELBERGAE
Excudebat Iacobus Mylius, impensis Matthaei Harnisch.

ANNO M. D. LXXVII.